

N. 776.

Achilles Ratti**Paulo Kubicki, epo auxiliari Sandomiriensi**

Varsaviae, 24 V 1919.

Tradit "plenum et definitivum responsum" cardinalis secretarii status circa beneficium curatum iam ab eo detentum et addit summum pontificem ob condicionem oeconomicam illius regionis gratiam ei concedere, "ut non solum retinere illud beneficium possit, verum etiam cum alio meliore commutare, cum se occasio obtulerit".

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1213r N prot. 1151.

Excellentissime D.ne,

Habeo tandem aliquando plenum et definitivum responsum Excellentissimi D.ni Cardinalis Secretarii, quoad beneficium curatum ab Excellentia Tua detentum. Respondit autem Excellentissimus: "cum agatur de beneficio curato iam a Rev.mo D.no Kubicki, Auxiliari Sandomiriensi, detento, intuitu conditionis oeconomicae illius regionis Sanctus Pater gratiam ei concedit, ut non solum retinere illud beneficium possit, verum etiam cum alio meliori commutare, cum se occasio obtulerit"²⁷⁶.

Obsequia mea et Tibi et Excellentissimo Ordinario Sandomiriensi²⁷⁷ exhibeo et orationibus vestris enixe me commendando etc.

Achilles Ratti Visitator Apostolicus

N. 777.

Marianus Fulman, epus Lublinensis**Achilli Ratti**

Lublini, 24 V 1919.

Gratias agit pro litteris ad ecclesiam et monasterium olim sororum Clariſſarum seu Bernardinarum ſpectantibus et rogar, ut visitator apostolicus

²⁷⁶ Cfr. ANP LVII/4, N. 694, p. 332.

²⁷⁷ Epus Marianus Ryx.

commendet et moveat preces ad Sedem Apostolicam allatas circa obtinendam licentiam eiusmodi monasterium Patribus Societatis Iesu seu sodalibus alterius Congregationis religiosae tradendi.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 946r (N.prot. 1162).

Excellentissime Domine!

Ad litteras V.rae Excellentiae, ad me die 21 Maii a.c. (N° 1128)²⁷⁸ datas, festino respondere, causam expositam in litteris mense Iunio 1918 anno, scriptis a Rev.mo Zenone Kwiek, dioecesis Lublinensis tunc administratore²⁷⁹, propositam esse eandem et identicam cum causa a me Sanctae Apostolicae Sedi exposita de ecclesia olim Clarissarum seu Bernardinarum cum superstite aedificio atque hortulo in usum sodalium Societatis Jesu vel alterius Congregationis destinanda, super qua quidem causa favorablem decisionem Sanctae Sedis, Excellentia Vestra deprecante, etiam atque etiam implorare audeo²⁸⁰.

Quibus cum debita reverentia expositis, oblatam mihi hanc occasionem libentissime amplector, ut Excellentiae Vestrae intimos observantiae sensus exprimam.

(a-† M. Fulman, epus-a)

a-a) *Manu propria.*

N. 778.

Achilles Ratti
card. Raphaeli Scapinelli di Leguigno, praefecto S. Congregationis Religiosorum

Varsaviae, 25 V 1919.

Mittens ei annexas litteras patris Lucaci, quae verisimilime ad observantiam monasticam in monasteriis et domibus religiosis in Polonia spectant, suadet, ut in omnibus huiusmodi institutis visitatio apostolica perficiatur.

²⁷⁸ Cfr. N. 766.

²⁷⁹ Cfr. ANP LVII/1, N. 46, p. 183.

²⁸⁰ Responsum Achillis Ratti (N prot. 414) in volumine subsequenti publicabitur.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1214r-v N.prot. 1152; cum adnotatione secretarii: "Spedita con due annessi".

Emineneza,

Colgo ben volentieri l'occasione di rifarmi vivo all'Eminenza V.ra Rev.ma²⁸¹ e di presentarle i miei ossequi a già più d'un anno di distanza dall'udienza da essa benevolmente concessami alla vigilia della mia partenza da Roma per Varsavia, quando mi dava tante utili informazioni e mi indicava e mostrava l'Atlante del Romer²⁸² che ho poi qui tante volte consultato ripensando a quella udienza.

Sono stato in dubbio se trasmettere o no le unte scritture, che il loro autore mi ha fatto pervenire non so come all'insaputa dei suoi Superiori, ma poi ho pensato che certamente non avrei danneggiato né lui né la causa sua, se giusta, e forse avrei giovato ad una causa ben più grande trasmettendole direttamente alla Eminenza V.ra Rev.ma. Quello che scrisse il P. Lucaciu²⁸³ sarà probabilmente esagerato ed inesatto, ma già a troppi segni e sintomi mi sono dovuto persuadere che un'inchiesta a fondo mediante apposita Visita Apostolica a tutte queste case religiose sarebbe molto a proposito. Anche Mons. Sapieha ne deve aver parlato nel suo recente soggiorno a Roma. Non tutte le case né tutte le famiglie hanno bisogno di riforma, ma una visita sistematica e rigorosa sarà utile a tutte quante senza eccezione, e credo che bisogni proprio estenderla a tutte, perché nessuna sfugga ed anche perché nessuna venga particolarmente indicata a non benevoli attenzioni ed osservazioni del pubblico, nel quale, com'Ella sa troppo bene, non mancano punto i malevoli, per quanto si dica sempre e si possa ancora dire: "Polonia semper fidelis"²⁸⁴.

Vengo molto in ritardo a presentarle i miei ossequiosi rallegramenti per la Prefettura dal Santo Padre deferitale, ma so ch'Ella dirà benevolmente: Meglio tardi che mai.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo etc.

Achille Ratti Visitatore Apostolico

²⁸¹ Card. Raphael Scapinelli di Leguigno, cfr. ANP LVII/1, notam 135, p. 56.

²⁸² Verisimiliter agitur de tabulis geographicis Eugenii Romer (1871-1954), quibus titulus: *Geograficzno-statystyczny atlas Polski*, publicatis Varsaviae a. 1916.

²⁸³ Innocentius Lucaciu OP (1877-1919), Ordinem Praedicatorum ingressus est a. 1898, sacerdos autem ordinatus est a. 1903, professor theologiae dogmaticae et cappellanus militum tempore primi omium gentium belli, quod vocant. Ex typho mortuus est. Commorabatur in monasterio Leopolensi, ubi 14 V 1919 petitionem scripsit postulans, ut ad statum saecularem redigeretur. Autographum eiusmodi petitionis, quod hic separatim non publicatur, asservatur in AV, Arch.Nunz. Vars. 191 f. 942r (N.prot. 1150).

²⁸⁴ Cfr. N. 901.

N. 779.

Achilles Ratti
Petro Mańkowski, epo Camenecensi

Varsaviae, 25 V 1919.

Explicat dubia recens nominati ordinarii Camenecensis ad modum assu-mendi regimen dioecesis, perlegendi bullam nominationis et impertiendi be-nedictionem apostolicam pertinentia. Promittit insuper se ampliores explica-tiones a Sede Apostolica petiturum esse, et cum primum eas acceperit, statim eas epo Camenecensi esse transmissurum.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1216r N.prot. 1158.

Excellence,

De tout mon coeur je souhaite que vos espérances bientôt s'avèrent même avant que les communications avec Gitomir soient pratiquement possibles. Dans ce cas vous pouvez sans doute compter dès à présent sur la dispense de l'intervention "de l'ordinaire actual" et la bulle pourra très bien se lire sur votre ordre; je ne crois pas qu'il convient se passer de toute promulgation²⁸⁵.

Quant à la bénédiction des huiles privatum ou publice et solemniter, intra ou extra Missam à la considération que la dispense de la loi ne doit pas aller au delà de la nécessité; je serai plutôt pour publice et intra; mais je ne sais quelle est la pratique et je m'informe tout de suite écrivant à Son Eminence²⁸⁶; naturellement cela ne veut pas dire que j'aurai tout-de-suite la réponse; mais aussitôt arrivée elle vous sera communiquée.

En attendant je me recommande à vos prières et je me signe etc.

Achille Ratti Visiteur Apostolique

N. 780.

Henricus Przeździecki, epus Podlachiensis
Achilli Ratti

Sosnowice, 25 V 1919.

²⁸⁵ Cfr. N. 772.

²⁸⁶ Card. Petrus Gasparri.

Certiorem facit visitatorem apostolicum praeter promissiones auctoritatum publicarum aedificia ecclesiastica variis institutis dioecesanis destinata, praeter alia ad seminarium clericorum et curiam dioecesanam ibi collocanda, quorum necessitatem accurate et prolixe comprobat, hactenus dioecesi Podlachiensi non esse restituta. Nuntiat praeterea se non posse interrumpere visitationem pastoralem iam incohata et Varsaviam proficisci, rogat igitur visitatorem apostolicum, ut ipse Janoviam venire velit et coram de statu rerum in dioecesi certior fiat.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 948r-950r (N prot. 1164).

Excellentissime Domine,

Litteras Excellentissimi D. ni datas diei 23 Maii a.c. (N° 1138)²⁸⁷ accepi atque ad tenorem earum respondeo, quae sequuntur.

Gubernium Polonicum praesens hucusque ita se gerit, ut in persona ministri Janicki tantum speciem prae se ferat se cum Ecclesia catholica in concordia ea, quae aedificia ecclesiastica Janoviae spectant, componere velle, reipsa tamen aedificia haec vi occupavit ita, ut nunc nullo modo possim seminarium inchoare, curiam instituere locumque utcunque exequissimum pro professoribus, officialibus curiae, pro me quoque vel ipso praesto habere. Notandum est inauditum hunc modum procedendi gubernii secutum fuisse post meum solemnem ingressum Janoviam, qui d. 5 Ianuarii a.c. locum habuit, qua etiam die aedificia haec occupavi et ad episcopum pertinere declaravi et gubernium de ea re certius reddidi, gubernium vero non reclamavit.

Quod meas partes attinet, plura iam praestiti, ex quibus clarissime patet, me in iuvando gubernio non solum bonam voluntatem fovere, sed etiam bonam hanc voluntatem factis comprobasse. Nullo modo tamen permittere possum, ut ex dioecesanis aedibus electum me esse sinam et in instituenda a fundamentis dioecesi dem victas manus. In assumendis officiis muneris episcopalnis iuramento me constrinxi, vi cuius excommunicationem ipso facto incurrerem, si in re proprietatis ecclesiasticae alienationem permitterem. Ut vero Excellentissimo D.no pateat, exequissima esse, quae a gubernio postulo, eaque "conditionem sine qua non" esse ubi utcunque dioecesis existat, proposui, ut Excellentissimus Dominus Janoviae ipse in loco rem totam circumspiciat et disquirat. Cum vero causam totam cum gubernio ad festum Pentecostes nondum compositam fore perspexi, declaravi me hoc festo Excellentissimum D.num Janoviae hospitio "in casa rustica" excepturum. Cui invitationi et habitationi "in casa rustica" Excellentissimus D.nus cum gaudio annuere visus est.

²⁸⁷ Cfr. N. 773.

Res, de quibus in praesenti agitur, sunt eiusmodi comparatae, ut omnis negligentia, minima quoque iactura temporis causam totam Ecclesiae catholicae in dioecesi Podlachiensi summo periculo exponeret. An vel unicum momentum in instituendo seminario perdere possum, cum hodie in 45 paroeciis nullus adsit sacerdos, cum ad explenda officia vicariorum et praeceptorum religionis ad minimum 60 sacerdotes necessarii forent, qui hodie desunt! cum adeo frequenter sacerdotes e vita decadant, ut durante hac visitatione canonica tres vita functi sunt! An hisce exigentiis sufficere possint duodecim cubicula, quae in Siedlce concessa sunt mihi et quidem ad tempus a gubernio! Praetermitto iam causam catholicae fidei orthodoxis invehendae expostulare, ut non in Siedlce, sed magis ad orientem Janoviae quam citissime sedes episcopalnis denuo constituatur, cum hisce temporibus plurimi orthodoxi rustici ad suam regionem, Janoviae propinquorem, e Russia redeant.

Praeter ea, quae rem ipsam catholicam in hac causa attinent, nullo modo oblivioni dari potest id, quod exacerbationem populi Podlachiensis spectat. Populus hic, qui tantum martyrium pro fide catholica perpassus est, non potest aliter nisi ut inimicum suum tractare gubernium, quod episcopum ex aedibus propriis elecit. Causa infestior evaderet, si gubernium totam responsabilitatem in Visitatorem Apostolicum proiceret.

Quae omnia adeo gravia sunt, ut permittant me spem fovere Excellentissimum D.num nihilominus Janoviam venturum. De adventu hoc instantie gaudet iam tota Podlachia; quid sentiret populus, quali Victoria superbit gubernium, ut patet in damnum rei catholicae, si in hisce circumstantiis adventus Excellentissimi D.mi revocaretur.

Ego ipse, quamvis votis Excellentissimi D.mi ex toto corde obsecundare semper percupio, Varsaviam nunc venire ac visitationem canonicam interrumpere nullo modo possum, cum ubique iam expectet me populus, qui non parvo sumtu et studio ad excipiendum episcopum sese praeparavit²⁸⁸.

Quod denique litteras meas pastorales spectat, quibus coram tota dioecesi partes meas et partes gubernii in re aedificiorum Janoviensium exponam, certiores reddo Excellentissimum D.num, me coactum novissimo sermone ministri Wojciechowski²⁸⁹ in Committiis [sic], eas in fine praesentis canonicae visitationis proclamaturum.

Digneris, Excellentissime D.ne, sincerrima mea sensa omnimodae pietatis suscipere

add.mus in Christo servus
† Henricus episcopus Podlachiensis

²⁸⁸ Cfr. N. 785.

²⁸⁹ Stanislaus Wojciechowski, ab internis negotiis administer, cfr. ANP LVII/4, notam 747, p. 285.

N. 781

**Anatolius Nowak, epus auxiliaris Cracoviensis
Achilli Ratti**

Cracoviae, 25 V 1919.

Transmittit explicationes quoad bona a Congregatione Sororum Ursulinarum Cracoviensium possessa et quoad causas, ob quas petunt, ut ea partim vendere possint.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 969r-970r (N prot. 1209).
Cop. (ms.): Kraków, AKM, T.-SUR s.f. N. 3070.

Excellentissime ac Rev.me D.ne!

Ad venerabiles litteras Excellentiae V.rae die 11 Maii a.c. (N° 1064)²⁹⁰ ad me datas honori mihi duco audita Superiorissa Congregationis SS. Ursulinarum²⁹¹ omnibusque rerum adjunctis perpensis ea, quae sequuntur, referre:

Praedium Stępina cum Chytrowka in 2/3 partibus constituebat dotem duarum sororum germanarum e Comitibus Romer²⁹², quae Congregationem SS. Ursulinarum ingressae erant. Altera ex iis prius²⁹³, altera vero ante sex annos vita decessit²⁹⁴ et exinde illae 2/3 partes dictorum bonorum proprietas Congregationis SS. Ursulinarum evaserunt, dum 1/3 pars ad tertiam sororem in saeculo viventem pertinet, ita tamen, ut omnes tres partes unum sic dictum "corpus hypothecarium" constituant.

Praedium istud in totum 330 iugera (morghi) complectens, ex quibus 220 iugera ad Congregationem Ursulinarum pertinent, a 25 inde annis inter rusticos elocatum est valde parvo pretio, quod ultimo quidem tempore auctum est, sed nihilominus proventum "netto" vix circa 2 000 coron. Congregationi Ursulinarum per annum praebet. Congregatio Ursulinarum post mortem utriusque Sororis Romer suas partes vendere intendebat, sed tertia soror Romer in saeculo vivens obstabat, quominus id fieret, seu potius noluit permittere, ut bona illa cuiquam alii venderentur, nisi emptori, qui ad familiam Romerianam pertineret. Talis status usque ad praesens tempus duravit et Congregatio SS. Ursulinarum coacta est petere licentiam contrahendi debitum 420 000 coron. cum iam debito 280 000 coron. premeretur, nam

²⁹⁰ Cfr. N. 749.

²⁹¹ Ignatia (Michaela) Szydłowska.

²⁹² Agitur de coniugibus Gulielmo Romer et Anna nata Dzieduszycka.

²⁹³ Veronica Romer (1852-1914), nomen monasticum Aemilia, caerimoniam vestitionis habuit a. 1888, vota monastica professa est a. 1890.

²⁹⁴ Hedvigis Romer (1852-1915), in Ordine Immaculata, vestem monasticum induit a. 1904, professionem praestitit a. 1906.

alio modo difficillimae conditioni, in quam tempore belli detrusa est, consulere nequivit. Interim res mutatae sunt, nam 1° comparuit emptor e familia Romer, et 2° praefata Comitissa Romer perpensis detrimentis, quae SS. Ursulinae capiunt exinde, quod tam parvum fructum ex illo praedio habent, nunc non solum illi emptori e familia Romer, sed etiam cuivis alii parata est suam partem vendere, ut etiam SS. Ursulinae suas partes vendere possint. Qua de causa SS. Ursulinae a proposito contrahendi debitum 420 000 cor. recesserunt et licentiam vendendi illud praedium petunt, - tali enim modo rei suaे familiari componendae et restituendae melius prospicient, quam si debitum hypothecarium grandi foenore sumerent.

Accedit quoque periculum, quod si bona terrestria, quae a tanto tempore elocata sunt, sic dictae expropriationi obnoxiae essent, tunc tale pretium, quale nunc obtineri potest, certe haud obtineretur.

Congregatio SS. Ursulinarum intendit imprimis solvere omnia sua debita manualia et publica vectigalia, quae foenore magis magisque crescent, et reliquam pecuniam, si quae remanserit, adhibere ad emenda aliquot iugera terrae in loco Zelczyna prope Cracoviam, ubi iam habet parvam villam 10 iugera terrae complectentem.

Debitum 280 000 cor., quo hypotheca domorum Congregationis Cracoviae iam onerata est, remanebit, determinatis pensionibus longiore temporis spatio solvendum.

Quae omnia dignetur Excellentia Vestra benigne perpendere et si ita in Domino censuerit, expetitam facultatem concedere²⁹⁵.

Qua occasione libentissime utor, ut Excellentiae Vestrae peculiaris observantiae sensus exprimam. Excellentiae V.rae hum.mus et add.mus in Christo servus

(a- † Anatolius
Eppus auxiliaris,
vicarius generalis^{a)}

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 782.

Marianus Fulman, epus Lublinensis
Achilli Ratti

Lublini, 26 V 1919.

²⁹⁵ Vigore facultatum sibi concessarum visitator apostolicus Achilles Ratti per litteras 8 VI 1919 datas (N prot. 1212), epo Anatolio Nowak inscriptas, licentiam impertivit: "... petitam licentiam, pre-cibus indulgentes benigne in Domino concedimus". Exemplar huius epistulae (ms.), quae hic separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 272r; cfr. Tab. 1, n. 48.

Certiorem eum facit de ecclesia cathedrali Chelmensi cum Ecclesia Romana reconciliata; officia et obsequia sua summo pontifici et visitatori apostolico exhibet.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 945r (N prot. 1160) telegramma.

Hodie reconciliavi cathedralem Chelmensem ecclesiam. Innumerabilis populus congregatus respuendo ignominiosum schisma affirmat toto corde unitatem cum petra Ecclesiae augusto Pontifice Romano Benedicto tibique, suo dilectissimo visitatori, exprimit homagium²⁹⁶. Episcopus Lublinensis Fulman.

N. 783.

**Sac. Andreas Huszno
Achilli Ratti**

[Mstyczów], 26 V 1919.

Pro auxilio et clementia difficilibus temporis momentis sibi exhibita gratias agit, de malo a se patrato dolet, scandalum, quod publicationibus suis "Filius hominis" et "Ecclesia democratica" inscriptis commisit, corrigere promittit ac pollicetur sese exinde fidelem filium Ecclesiae et exemplarem sacerdotem esse ostensurum.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 399r-400r.
Cop. in lingua Italica (ms.): ibidem f. 401r-v.

Ekscelencjo!

Czuję się niezmiernie szczęśliwy^{a)}, że mogłem powrócić na łono Kościoła katolickiego, za co wdzięczność moja należy się w pierwszym rzędzie Waszej Ekscelencji, przeto jeszcze raz dziękuję serdecznie za łaskawe zajęcie się moją sprawą i za łaskawe okazanie mi tyle serca i wyrozumiałości przez zlecenie dane ks. prof. Trzeciakowi, uregulowania tej sprawy.

296 Cfr. N. 784.

W nim bowiem znalazłem to, czego odczuwałem brak w Kościele katolickim, znalazłem w nim człowieka, który ma serce i patrzy w serce, którym powoduje wyłącznie miłość Boga, bliźniego i Kościoła Chrystusowego, a nie prywata. On był pomostem, zarzuconym między moją duszą a Oblubienicą Chrystusową. Żałuję bardzo za wszystko, co się stało i czuję się zobowiązany do naprawienia zgorszenia, jakie dałem swoimi pismami: "Syn człowieczy"²⁹⁷ i "Kościół demokratyczny"²⁹⁸ i słowem, i odrzucam wszystkie błędne zasady i teorie, któreby były niezgodne z nauką Kościoła katolickiego. Pragnę, aby ta bolesna dla mnie sprawa wyszła na większą chwałę Boga i dobro Kościoła Chrystusowego, by odtąd być wiernym synem Kościoła i kapłanem według Serca Bożego²⁹⁹.

Pozostając w dozgonnej wdzięczności dla Waszej Ekscelencji, kreślę się z najgłębszym poważaniem

ks. Andrzej Huszno

a) *In margine superiore adnotatio manu Achillis Ratti scripta*: Cfr. Sac. Petrus Stanoszek³⁰⁰ da Leopol.

N. 784.

Achilles Ratti
Mariano Fulman, epo Lublinensi

Varsaviae, 27 V 1919.

De ecclesia cathedrali Graeco-catholica Chelmensi, ab auctoritatibus imperialibus Russicis in ecclesiam orthodoxam commutata, cum Ecclesia catholica tandem reconciliata gratulatur et promittit de hac re papam quam primum certiores facere.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1219r N prot. 1161.

297 Cracoviae, 1917.

298 [Cracoviae 1919].

299 Cfr. N. 760.

300 Petrus Stanoszek, sacerdos archidioeceseos Leopoliensis, natus a. 1892, presbyteratus ordinem suscepit a. 1918 et fungebatur munere vicarii in paroecia Złoczoviensi. A. 1925 ad tempus munere destitutus, commoratus est in pago Nowosiółki prope Złoczów, tamquam cappellanus Sororum Misericordiae.

De reconciliata cathedrali Chelmensi³⁰¹ deque Pastoris gregisque cum petra Ecclesiae forti et pia adhaesione novo testimonio solemniter firmata vehementer gratulor augusto Pontifici statim relaturus³⁰² et pro vestra in me humanitate ex corde gratus^{a)}.

Achilles Ratti Visitator Apostolicus

a) *In margine adnotatio secretarii*: Telegramma ordinario

N. 785.

Achilles Ratti
[Henrico Przeździecki, epo Podlachiensi]

Varsaviae, 28 V 1919.

Explicat quasdam quaestiones ad cogitatum conventum et colloquium suum cum agriculturae promovendae administratio de bonis quibusdam immobilibus dioecesis Podlachiensis propriis eidem dioecesi restituendis pertinentes.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1220r-1221r N prot. 1165.

JMJ

Excellentissime Domine,

Habui per Rev.mum Cancellarium Tuum litteras ab Excellentia Tua ad me datas die 25 Maii 1919³⁰³, per quas meis sub die 23 eiusdem mensis datis³⁰⁴ respondes. Dolet multum, quod res non ex voto cedant. Iam per meas litteras datas die 14 huius mensis³⁰⁵ scripsi videri mihi ex documentis mecum communicatis, quorum conversationem cum ministro institui, aliquam aequivocationem vel mutationem certo certius intervenisse. Ideoque enixe rogabam Excellentiam Tuam, ut dilatis pastoralibus litteris ad populum, cum primum liceret, Varsaviam venire vellet, ut me plenius illuminaret et aliquam opportunam temporibus agendi rationem simul inveniremus; litteras autem domestico meo homini citissime deferendas tradidi, tunc quod sciebam, Excellentiae Tuae Visitationem Pastoralem incumbere, tunc

³⁰¹ Cfr. N. 782.

³⁰² Cfr. N. 801.

³⁰³ Cfr. N. 780.

³⁰⁴ Cfr. N. 773.

³⁰⁵ Cfr. N. 752.

quia videbatur mihi conventus noster urgentissime [....]^{a)}. Responsum accepi telegramma, quo Excellentia Tua docebat se esse [in] Visitatione Pastorali, se posse pastorales litteras differre, me totam rerum conditionem Janoviae visurum³⁰⁶. Cum autem nihil dices de aequivocatione vel mutatione per me scripta, neque tamen excluderes adventum tuum, ideo adventum ipsum non desperavi. Quando autem iam quattuor dies pertransiissent, tum scripsi ultimam meam epistolam, quam P. Pawelski³⁰⁷ iam clausam invenit et ad te deferendam suscepit³⁰⁸.

In qua nihil novi dico, sed tantum explicite quod in praecedenti implicite erat dictum; implicite, sed clare, ut mihi videtur, quia evidenter nihil facere poteram, ubi videbam adesse aequivocationem; quam non videram nec videre poteram, quando dixi me etiam in rustica casa lubentissime habitatum. Et quoniam aequivocationem videram, ideo etiam ministro respondi me nihil posse dicere nisi Episcopo auditio; impossibile est igitur, ut Gubernii responsabilitatem [....]^{a)} cum deficiente adventu tuo, nihil dixerim. Aequivocationis caput non ultimum est, quod dicis Te de occupatione aedificiorum Gubernium certius reddidisse, de qua etiam re opporteret presentes nos colloqui.

In omni sollicitudine pro re catholica omnibus certe exemplo praeire officium meum et quam gero persona me iubet, sed de imprudentia maxima possent omnes accusare accusabit^{b)} vel ipsa conscientia mea, si aequivocatione stante et non dissipata quodquam dicarem agerem.

Non possum igitur nisi quae in dictis meis litteris scripsi confirmare. Si advenias quidem et quomodo agendum; una simul re decernemus; si non, iterum dicam Ministro me nihil posse dicere, quia Excellentiam Tuam audire non potui³⁰⁹.

Obsequiis meis te saluto et orationibus tuis me commendo

Achilles Ratti Visitator Apostolicus

P.S.

Si expectationem populi non amplius fovendam esse existimes, potes cum omni veritate dicere me non bene valere et medicum arcessere debuisse; quod revera feci ante tres dies et probabilius iterum faciam.

^{a)} *Aliquot verba non leguntur.*

^{b)} *Lectio incerta.*

306 Cfr. N. 762.

307 Ioannes Pawelski SJ (1868-1944), scriptor diurnarius, religiosus, socialis et culturalis. Societatem Iesu ingressus est a. 1884 in Stara Wieś. Ordines sacerdotales accepit Cracoviae a. 1894. A. 1902-1918 director commentariorum "Przegląd Powszechny" inscriptorum. A. 1919-1926 fungitur munere vicesuperioris et superioris domus Varsaviensis et erat sodalis ac moderator associationum catholicarum. Periit a Germanis trucidatus insurrectionis Varsaviensis tempore una cum aliis eius partibus ad viam Rakowiecka Varsiae.

308 Cfr. N. 773.

309 Cfr. N. 792.

N. 786.

**Annotatio patris Petri Markiewicz, prioris monasterii Paulinorum
in Claro Monte Częstochoviensi extantis**

[Częstochoviae, 28 V 1919.]

*De iis, quae fideles in paroecia Włodowice (in decanatu Żarki) ad insti-
tuendam "Ecclesiam democraticam" perfecerint.*

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 403r.

Parafia Włodowice, dekanatus Żarki, administrator Badowski³¹⁰.

Parafianie rozgoryczeni zbyt despotycznym postępowaniem proboszcza^{a)}. Próbowali szukać sprawiedliwości w Kielcach, ale ich do Biskupa nie dopuszczono. Po wydarzeniach w Mstyczowie dowiadywali się, czy i oni w ten sposób powołując sami jakiegoś księdza, nie pozbyliby się proboszcza. Niektórzy nie spowiadali się po trzy lata i dłużej, nie chcąc iść do swego, a nie mając łatwości dostać się do innego kapłana. Tak zeznawał starszy poważny parafianin, osobiście bardzo życzliwy proboszczowi^{a)}.

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti exarata: Dal priore di Częstochowa*³¹¹, Żarki, 28 V 1919.

b) *Subscriptio p. Petri Markiewicz deest.*

N. 787.

**Achilles Ratti
card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 29 V 1919.

*Edocet secretarium status de professore Iosepho Wierusz-Kowalski ab-
legato Reipublicae Polonae apud Sedem Apostolicam nominato et de die
eiusdem Romam profectionis.*

310 Sac. Adamus Badowski, presbyter dioecesis Kielcensis, natus a. 1853, ordinem presbyteratum suscepit a. 1876, a. 1919 nominatus est administrator paroeciae Niegowa.

311 Venceslaus Petrus Markiewicz, cfr. ANP LVII/1, notam 597, p. 269-270.

- Cop. textus "decifrati" (ms.):** Vaticani, Arch. CNEE Russia 483 s.f. N° 91126
Cifra P 44.
- Cop. telegrammatis "cifrati" (ms.):** AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1218r N.prot.
1159 Cifra P 44.

[Numero] 44. Il Governo ha firmato le lettere credenziali pel signor Professor Kowalski³¹² a Ministro plenipotenziario della Polonia presso la Santa Sede. Egli parte il 28 corrente per Roma, ma farà una breve sosta in Svizzera. Siccome all'ultimo momento mi è stato domandato l'agrément del Santo Padre, io interpretando l'incarico affidatomi da VER [V.ra Eminenza Rev.ma] e affin di evitare altre lungaggini, ho creduto di doverlo dare, trattandosi di persona conosciuta³¹³.

Ratti

N. 788.

Achilles Ratti
Georgio Matulewicz, epo Vilnensi

Varsaviae, 30 V 1919.

Petit, ut ordinario Caunensi tradendas curet adiunctas litteras S. Congregationis de Sacramentis et pro gratissima visitatione et salutatione sibi ab eo Varsaviae facta summas agit gratias sperans futurum, ut eas aliquando ei vicissim in sede ipsius reddere possit. Addit praeterea de reliquis secretioribus negotiis eum epum Stanislaum Gall coram, "os ad os", edocetur esse.

Autogr.: Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 21r.

- **Ed. Polonice:** Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz 1916-1921, nr 69, p. 125.

³¹² Iosephus Wierusz-Kowalski, cfr. ANP LVII/1, A. 9, notam 72, p. 352.

³¹³ Textus cop. telegrammatis "ad cifrandum" praeparatus: "Firmate credenziali Professor Kowalski, Ministro Plenipotenziario Polonia presso S[anta] Sede; fissata partenza per giorno 28 maggio, con breve fermata Svizzera. Richiesto ultima ora del gradimento S.S. [Sua Santità], trattandosi persona nota ho creduto dovere darlo, interpretando incarico V. Em. R. [V.ra Eminenza Rev.ma] per evitare nuovi ritardi. Ossequei. Achille Ratti Vis[itatore] Ap[ostolico]". In margine adnotatio: "Consegnato per la spedizione a Mons. Płoskiewicz, al Ministero degli Esteri di Varsavia il giorno 27 V 1919, ore 11 antimeridiane".

Excellentissime Domine^{a)}!

Precor Excellentiam Tuam, ut aliqua eaque secura occasione capta iunctam epistolam S. Congregationis de Sacramentis ad Excellentissimum Kaunensem³¹⁴ deferri procures.

Pro humanissimis iisdemque gratissimis visitationibus et conversatio-
nibus Tuis iterum iterumque gratias ago³¹⁵, semper desiderans et sperans
eas Tibi aliquando in Sede Tua me redditurum. Alia nonnulla, quae non ap-
te scribuntur, dicet os ad os Excellentissimus Gall, qui has meas propriis
manibus ad Te deferre sibi proponit.

Obsequia mea ex corde exhibeo et orationibus Tuis me commendo
add.mus

A.R.V.A. [Achilles Ratti Visitator Apostolicus]

^{a)} *Textus scriptus est in chartula salutatoria cum titulo typis impresso: Mgr Achille Ratti, Visi-
teur Apostolique de Pologne .*

N. 789.

Achilles Ratti

Adamo Stephano Sapieha, epo Cracoviensi

Varsaviae, 30 V 1919.

*Gratias agit pro informationibus, praeter alias de valetudine summi pontificis, nuntiat litteras eius ad Supremi Administrorum Consilii praefec-
tum datas bonum fructum attulisse, cum i.a. profectio professoris Iosephi Wierusz-Kowalski Roman accelerata sit. Insuper refert de epistula pastorali
aepi Alexandri Kakowski, quae publicata est in die, quo in Diaeta de Constitu-
tione Reipublicae disputatum est. Praeterea invitat eum ad longius collo-
quium de quibusdam maioris momenti personis et de negotiis Romanis
habendum. In adiuncto scripto officiali, cum comperisset eum Lublinensem,
Marianum Fulman, in animo habere monasterium sororum olim Bernardi-
narum Lublinensium patribus Societatis Iesu in usum tradere, rogat, ut dili-
genter inquirere velit, num memoratae Bernardinae Lublinenses eiusmodi
suum monasterium recuperare conaturae sint.*

³¹⁴ Epus Franciscus (Karevičius) Karewicz.

³¹⁵ Epus Georgius Matulewicz ad aliquot dies Varsaviam venit visitationis causa 14 V 1919.
Cfr. N. 756.

Autogr.: Kraków, AKM TS XII nr 9 s.f.; annexum: cop. (ms.) - AV, Arch.Nunz.
Vars. 192 f. 1223r (N prot. 1173).

JMJ

Eccellenza Rev.ma,

Stavo mettendo la firma alla lettera d'ufficio N° 1173 in data di oggi, qui unita³¹⁶, quando mi venne portata la graditissima Sua 24 corrente³¹⁷ con le carte annesse³¹⁸.

La ringrazio cordialmente e non meno cordialmente Le do il mio "ben-tornata!" da Roma, dalla Svizzera, da Parigi ... Beata Lei!

La assicurazione che V.ra Eccellenza mi dia della buona salute del Santo Padre molto mi rallegra; ma la sua tendenza a troppo faticare ed a troppo scarsamente muoversi è pur troppo già vecchia e si ha ogni ragione di temere che porti seco delle conseguenze non buone.

La di Lei lettera al Presidente Paderewski ha prodotto buon effetto, perché la partenza del Signor Kowalski è fissata per Domenica (1 Giugno) sera; già è venuto a congedarsi; è già preparati i bauli. Si fermerà qualche giorno in Svizzera, dove mi ha detto di avere una piccola proprietà; è molto contento della sua destinazione e mi dicono che la sua signora lo è ancora più.

Il Santo Padre è sempre stato molto buono ed indulgente a mio riguardo; speravo che dicesse a Lei una qualche parola che mi lasciasse sperare un vicino richiamo alla mia Biblioteca ed ai miei libri ... invece ... Pazienza!

La breve lettera pastorale di Mons. Kakowski ha avuto il merito di essere uscita in pubblico nel momento opportuno, vale a dire proprio la mattina del giorno 6^{a)} in cui la famosa "Costituzione" o "Dichiarazione di Costituzione" veniva presentata al Sejm e tutti i deputati ne ebbero una copia, mentre il giorno 3 ancora non esisteva³¹⁹. In preparata tanto rapidamente anche principalmente per secondare il desiderio di Mons. Teodorowicz, che si sarebbe accontentato anche di cosa più breve e più generale. Ma prima di tutto si trattava di arrivare a tempo, in secondo luogo, com'è detto nella pastorale stessa, toccava poi alla buona stampa, al clero, un po' a tutti, d'entrare nei debiti modi e colle debite cautele in qualche maggior particolarità dell'argomento. Sto creduto che fosse bene che questo si facesse possibilmente da pertutto e nel più breve tempo, salvo (s'intende) continuare poi l'agitazione fin che ve ne sarà il bisogno, ossia fino a cose bene stabilite. So

³¹⁶ Orig. huiusmodi litterarum non est repertum. In annexo (cfr. infra) publicatur tantum repertum breve fragmentum eius exemplaris.

³¹⁷ Hae litterae repartae non sunt.

³¹⁸ Agitur de litteris comitatoris aepi Michaelis Cerrati ad epum Cracoviensem Sapieha 5 V 1919 datis de tutela pastorali captivorum Polonorum in Italia degentium, cfr. A. 6.

³¹⁹ Cfr. N. 732 et N. 740.

che quasi tutti i Vescovi hanno fatto od avevano già fatto qualche cosa di simile³²⁰.

Certamente, come ben scrive V.ra Eccellenza, bisogna in questo come in tutto procedere con la massima prudenza; ma se vogliamo aspettare che gli avversi alla religione stiano tranquilli e non trovino una provocazione in qualunque iniziativa che vada contro il loro programma, dovremo probabilmente aspettare troppo ed intanto sarà appunto il loro programma che andrà in opera. Sono del resto pienamente dell'avviso di V.ra Eccellenza che bisogna astenersi da ogni provocazione non necessaria. A Dio piacendo la settimana ventura avremo nel Sejm i nuovi deputati Posnani, che pare debbano portarvi un buon contingente.

Finora nulla ho avuto da Roma relativamente al progetto da V.ra Eccellenza accennatomi per la casa della Nunziatura in Varsavia; per questo tanto più desidero e spero che V.ra Eccellenza farà una piccola aggiunta al suo viaggio e verrà a Varsavia e così potremo discorrere e del progetto e delle tante cose e persone da Lei vedute.

Intanto mi è pervenuta la profumata scatola che Mons. Maglione mi ha infatti spedito per Lei. Ma che era per Lei lo diceva soltanto la lettera che lessi poi³²¹; l'indirizzo era soltanto il mio e così ho aperto e scoperto il segreto ... Per Sua fortuna qui non ci sono fumatori di sigarette ... Manderò colla prima buona occasione. Sono felice di renderle questo piccolo servizio: intanto Le mando una lettera da Bruxelles per Lei e fascicoli degli ^(b)-Acta Apostolicae Sedis^{-b)} per diversi costi: Ella vorrà procurarne il ricapito ai destinatari. - Coi più cordiali ossequi dev.mo

Achille Ratti Visitatore Apostolico

P.S.

E Caccia³²² come sta? Che fa? E soprattutto che scrive? E il suo salotto serale persevera?

a) *In textu: 5*

b-b) *Linea subducta sigantum.*

Annexum:

Achilles Ratti

Adamo Stephano Sapieha, epo Cracoviensi

Varsaviae, 30 V 1919.

320 Cfr. N. 733.

321 Originale (dactylogr.) litterarum comitatoriarum Ludovici Maglione ad diplomaticum epistularum commercium et fasciculum litterarum 21 V 1919 (Nr 2343) datarum in textu memoratum, quod hic separatis non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 952r (N.prot. 1171).

322 Mons. Camillus Caccia Dominion, cfr. ANP LVII/1, notam 633, p. 281.

Eccellenza Rev.ma,

Come Sua Eminenza il Sig. Card. Segretario di Stato ebbe a comunicarmi, l'Eccellenza V.ra Rev.ma aveva già avuto assicurazione da parte competente ossia dal Superiore Provinciale di codesti Fratри Minorī³²³, che codeste Religiose Bernardine non hanno alcuna intenzione di condividere il Chiostro di Lublino dalle dette Religiose già un tempo abitato, perché lo stato di deperimento in cui si trova non si presta alla vita voluta dalla regola e dalle costituzioni. Così Ella scriveva a Sua Eminenza il 12 Agosto 1918, soggiungendo che Mons. Kwiek, allora Amministratore della diocesi di Lublino, aveva dovuto rinunciare ai Suoi progetti per la partenza dei due padri gesuiti già da Lui chiamati.

Ora Mons. Fulman è tornato a quei progetti desiderosissimo di dar ad essi una qualche esecuzione per il grande bisogno spirituale della sua Chiesa³²⁴.

La prego pertanto, Ecc.nza, di volere - se pure lo crede necessario - verificare se le dette Religiose [explicit imperfecte]

N. 790.

Annotatio sac. Stanislai Trzeciak

[Varsaviae], 30 V 1919.

Aliquot informationes de mutuis relationibus inter fideles et episcopum ac clerum in dioecesi Kielcensi intercedentibus.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 404r.

Pfarrei Dłużec in Olkusz-Kreis bei Wolbrom [ist] zwei Jahre ohne Geistlichen^{a)}. Die Delegaten dieser Pfarrei waren 6 mal beim Bischof³²⁵, man hat ihnen gesagt, wer können sie nicht erklären, daß sie sind nicht werth einen Geistlichen zu haben, weil sie den Dekan Zaleski³²⁶ aus Wolbrom nicht geehrt haben (Dekan Zaleski hat verlangt Einkommen von Pfarreigütern,

³²³ P. Sabinus Figus, cfr. ANP LVII/4, notam 207, p. 65.

³²⁴ Cfr. N. 777.

³²⁵ Epus Augustinus Łosiński.

³²⁶ Sac. Iosephus Zaleski, natus a. 1858, sacerdos ordinatus est a. 1880 et a. 1911 fuit decanus Wolbromiensis.

weil er die Seelsorge besorgt hatte und die Leute haben ihm das Einkommen verweigert. Er aber sollte ihnen sagen, ich werde das thun, daß sie den Geistlichen nicht bekommen werden).

Acht Pfarereien in Kielcer Dioecese sind ohne Geistlichen. Gegen 12 Geistlichen sind vom Bischof aus Dioecese weggeschickt, manche aus politischen Gründen^{b)}.

a) *In margine superiore adnotatio manu Achillis Ratti scripta:* Dal prof. Trzeciak - 30 Maggio 1919.

b) *Subscriptio nominis sac. professoris Stanislai Trzeciak deest.*

N. 791

Annotatio Achillis Ratti

Varsaviae, 30 V 1919.

Refert de colloquio suo cum sac. Stanislao Trzeciak habito, qui certiores fecit visitatorem apostolicum de causis et circumstantiis improsperi rerum status in paroecia Mstyčów exorti, in qua fautores sac. Andreae Huszno actionem suam non desinunt.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 405r-406r.

Inaspettato viene il Prof. Trzeciak a dirmi che le cose vanno malaccio a Mstyčów. Qualche imprudenza di p. Wiśniewski vi produce un' eccitazione nella parte avversa che Trzeciak aveva già segnalato pregando Wiśniewski di allontanarsi domenica forse egli stesso vide la necessità di farlo³²⁷. Egli deve avere allarmato Vescovo e Vicario Generale³²⁸ di Kielce sulla parte del prete Stanoszek che rimaneva a Mstyčów; il Vicario Generale mandava un messo a cavallo in grande urgenza con un biglietto al prete stesso - fumato il messo, sequestrato il biglietto. Huszno e suoi aderenti ne concludevano che vi fosse collusione col Vescovo³²⁹ e Curia di Kielce per ingannarli; inde ire e sospetti, che Trzeciak [...]^{a)} in parte a calmare ed in parte spera - scrivo (31 V 1919) al Vescovo di conseguenza, voglia cioè, secondo che era già inteso fra noi aspettare un cenno mio prima di intervenire.

327 Cfr. N. 760.

328 Sac. Bogumilus Czerkiewicz, cfr. ANP LVII/1, notam 179, p. 93.

329 Non est repertum.

Richiamo la sua attenzione per altri paesi minacciati dalla sua diocesi. Parrocchie di Dłużec³³⁰, powiat Olkusz (presso Wolbrom), Żarki, Włodowice^{b)331}.

a) *Verbum difficile lectu.*

b) *Subscriptio nominis Achillis Ratti deest.*

N. 792.

**Henricus Przeździecki, epus Podlachiensis
Achilli Ratti**

Vlodaviae, 30 V 1919.

Nuntiat se diem 31 Maii totum destinaturum esse ad expedienda negotia cum restituendis aedificiis, dioecesis Podlachiensis olim propriis, coniuncta.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 953r (N.prot. 1175) telegramma.

Przyjeżdżam 31 maja sobota rano do Warszawy. Wyjeżdżam tego samego dnia wieczorem. Cały ten czas oddaję Ekscelencji dla załatwienia sprawy³³². Henryk Przeździecki, biskup podlaski.

N. 793.

**Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti**

Romae, 30 V 1919.

Petit, ut omnia faciat ad recuperanda bona Ecclesiae Graeco-catholicae, ab auctoritatibus imperialibus Russicis in favorem Ecclesiae orthodoxae olim ablata.

Or. telegrammatis "cifrati" (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 693r (N.prot. 1176) Cifra A 55.

Or. textus "decifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 955r (N.prot. 1176) Cifra A 55; textus "decifratus" manu Achillis Ratti.

330 Cfr. N. 790.

331 Cfr. N. 786.

332 Cfr. N. 785.

Cop. textus "decifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 693v; copia manu
Ermenegildi Pellegrinetti confecta est.

[Numero] 55. E' stata nuovamente rappresentata opportunità iniziare in Polonia e Lituania azione diretta rivendicare Chiesa greca catt[olica] beni in passato usurpati ed attribuiti Chiesa ortodossa. Interessa V.E.R. [V.ra Eccellenza Rev.ma] studiare questione e intendersi opportunamente coi Vescovi polacchi e lituani³³³. Card. Gasparri.

N. 794.

Annotatio Henrici Przeździecki, epi Podlachiensis

Varsaviae, 31 V 1919.

*Opportunis documentis nixus describit singulos conatus ea mente suscep-
tos, ut aedificia olim ad dioecesim Podlachiensem pertinentia ab auctori-
tatis saecularibus Ecclesiae tandem restituantur. Eiusmodi conatus neces-
sitatis institutorum diocesanorum iustificat et confirmat.*

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 966r-967r (N.prot. 1202).

Pro memoria.*

1) Die 18 Decembris 1918 a. Ministrum Agriculturae³³⁴ certiores reddi-
di me proximo in ingressu solemni in Janów aedificia diocesana Janovien-
sia occupatum esse, ad quod Minister die 19 Decembris 1918 a. N° 2744 re-
spondit se dicta aedificia episcopo sub tutela et in usum dare exceptis iis
aedificiis, quae ab institutionibus gubernii occupata sunt.

Die 5 Ianuarii 1919 a. in Janów adveni, ingressum solemnem feci, aedi-
ficia diocesana occupavi et decano Janoviensi in administrationem dedi.
Quia officiales gubernii adhuc deerant in Janów, nuntium de peractis Mini-
stro Agriculturae³³⁵ die 8 Februarii 1919 a. N° 398 misi.

³³³ Cfr. N. 804.

³³⁴ Munere administrari rei agrariae et bonorum publicorum inde a 17 XI usque ad 29 XII 1918 functus est Fransciscus Theophilus Woyda (1880-1951), promotor consortiorum (alias cooperativa-
rum) in illa Poloniae parte, quae a Russis occupabatur, a. 1917 unus ex conditoribus Unionis Popula-
ris, ab a. 1923 sodalis factionis socialisticae (PSL "Wyzwolenie"), et ab a. 1931 membrum Factionis
Popularis. A. 1919-1930 advocatus (wójt) pagi Bielawy, annis vero 1931-1939 membrum administra-
tionis districtualis Factionis Popularis Lovicii.

³³⁵ A die 16 I usque ad 30 IX 1919 administer rei agrariae et bonorum publicorum fuit Stani-
slaus Janicki.

Minister Agriculturae me non interrogato dedit omnia aedificia dioecesana, excepta una parte palatii, institutioni gubernii pro aequis et certiore me de hac re fecit litteris datis 11 Februarii 1919 a. N° 609, quas litteras tempore visitationis dioecesis die 20 Februarii a.c. accepi. Ac proinde Minister rei sumit id, quod sub tutela et administratione mea erat, si verbis Ministri utor.

Die 22 Februarii a.c. cum capitulo meo Janów petivi et statim Ministro telegraphum misi me et capitulum meum non solum habitare, sed etiam pernoctare in Janów locum non habere.

Die 4 Martii a.c. Minister Agriculturae nuntium telegraphicum misit mihi Officialem Ministerii D.num Kołek rem totam in loco ad finem adducaturum et re vera die 13 Martii a.c. idem D.nus Kołek tecum communicavit mandatum datum Commissario gubernii in Janów die 11 Martii a.c. N° 377, ut ex aedificiis dioecesanis ad diem 1 Aprilis 1919 a. cum suis institutio-nibus recedat.

Ad diem 1 Maii mandatum hoc executioni non erat datum, quare die 2 Maii a.c. rogavi Ministrum, ut institutiones gubernii ex aedibus dioecesanis quam primum removerentur; ad quod die 10 Maii 1919 a. N° 12734 a Ministro datum est episcopo responsum: episcopum debere petere aedificia sua ope Ministerii Cultus!

2) Quod spectat terras pertinentes ad Ecclesiam in Podlachia, Ministerium propria auctoritate terras has vindicat gubernio non solum sine consensu Sejmi - praematuras edit leges asserendo curatum posse habere 6 iugera terrae (10 Maii a.c. N° 12734), alienat terras ecclesiasticas.

3) In Siedlce episcopus habet pro se, curia, vicario generali, cancellario, notariis, seminario 12 conclavia data a Ministro Agriculturae sub conditione derelinquendi domum ad nutum Ministerii Agriculturae. Ac proinde episcopus neque curiam neque seminarium restituere potest, sine quibus adminis-tratio dioecesis impossibilis est.

4) Si Ministerium Agriculturae non vindicaret sibi ius ad aedes dioecesanis in Janów et ad terras pertinentes ad Ecclesiam in Podlachia, episcopus posset ad tempus in pacta conventa cum Ministerio aedificiorum in Janów permittere, ut instituta gubernii essent, sed his sub conditionibus: 1° non tardius quam die 1 Septembris a.c. episcopus in Janów seminarium, cui-ram et domicilium proprium habebit facultatem instituere; 2° gubernium concessam sibi partem aedificiorum post unum annum, ad maximum post duos annos, episcopo reddet³³⁶.

† Henricus Przeździecki, epus Podlachiensis

*Constructionem grammaticalem huius textus, non multis tantum erroribus correctis, non mutatum relinquimus.

³³⁶Cfr. N. 796, N. 798, N. 799, N. 803 et N. 806.

N. 795.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 31 V 1919.

Nuntiat summum pontificem ad supplicationem ordinarii Lublinensis et metropolitae Varsaviensis sac. Ignatium Kłopotowski praelatum suum domesticum nominavisse.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1037r-v N° 91654 (N prot. 1340).

Ill.mo Signore,

Con Rapporto di V.ra Signoria Ill.ma N° 941 in data del 12 Aprile u.s.³³⁷ ho ricevuto la domanda dell'Ordinario di Lublino tendente ad ottenere il titolo di Prelato domestico a favore del Rev.do Sac. Don Ignazio Kłopotowski³³⁸, della medesima diocesi.

Dopo aver deposto nelle venerate mani di Sua Santità l'anzidetta supplica unitamente alla Commendatizia di Monsignor Arcivescovo di Varsavia, la quale trovavasi parimenti acclusa al suaccennato Rapporto, sono lieto di significarle che la Santità Sua si è degnata di prendere in benevola considerazione la ridetta istanza.

Ritenendo, peraltro, inopportuno, almeno per ora, il conferimento di un titolo prelatizio maggiore, il Santo Padre ha benevolmente disposto che il sullodato Sacerdote venga annoverato fra i Suoi Camerieri Segreti Soprannumerari.

Nel dare questo lieto annuncio a V.ra Signoria, e riservandomi di spedirle appena sarà pronto, il relativo Biglietto di nomina³³⁹, approfitto dell'occasione per accusarle ricevimento degli altri Suoi Rapporti NN. 904 e 927 sotto le rispettive date del 2 e 7 Aprile p.p.³⁴⁰, e con sensi di distinta e sincera stima mi raffermo di V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(^a-Pietro Card. Gasparri^{-a})

^{a-a}) *Manu propria.*

³³⁷ Cfr. ANP LVII/4, N. 667, p. 289.

³³⁸ Sac. Ignatius Kłopotowski, cfr. ANP LVII/3, notam 485, p. 175.

³³⁹ Cfr. N. 885.

³⁴⁰ Cfr. ANP LVII/4, N. 644 et N. 658, p. 251-252, 274-275.

N. 796.

Achilles Ratti**Stanislao Janicki, agriculturae moderandae praeposito**

Varsaviae, 1 VI 1919.

Petit diem sibi assignari, quo de aedificiis et terris ecclesiasticis inter statum Polonum et dioecesim Podlachiensem controversis ac de eorum eidem dioecesi restitutione una tractare et consulere possint.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1224r-v N prot. 1175.

Excellence,

Quand le 13 du mois de mai p.p. Votre Excellence m'a honoré de sa visite et de sa conversation sur les affaires ecclésiastiques de la Podlachie avec Mr. Makowski, ma conclusion a été que tout en espérant une bonne et possible composition je ne pouvais me prononcer sans avoir entendu Son Excellence Mons. l'Evêque de Podlachie³⁴¹. Ce n'est qu'hier matin que j'ai pu l'entendre et seulement hier soir j'ai pu avoir de lui la documentation écrite qui m'a semblé nécessaire.

⁴⁴² Eodem die card. Petrus Gasparri misit ad Achillem Ratti telegramma notis arcanis scriptum A 56, quo eum certiorem faciebat eum a summo pontifice nuntium apostolicum in Polonia nominatum esse. Nullo responso ad illud telegramma accepto, die 16 VI 1919 aliud telegramma A 56-57, ad eum dedit, in quo ea, quae prius scripserat, repetebat (cfr. N. 828). Adventum eiusmodi telegrammatis Ratti confirmavit telegrammate "cifrato" P 48, 17 VI 1919 dato (cfr. N. 831). Praefatum telegramma "cifratum" A 56 Varsaviam non prius pervenit quam die 23 VI 1919 hora undecima vespertina, minuta quinquagesima.

La Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare l'Ill.mo e Rev.mo Mons. Achille Ratti Nunzio Apostolico presso la Repubblica di Polonia, assegnandogli il titolo Arcivescovile di Lepanto⁴⁴³.

Questo grazioso tratto di Pontificia considerazione si partecipa allo stesso Mons. Ratti, per sua intelligenza e norma⁴⁴⁴

Petrus Card. Gasparri

N. 819.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 7 VI 1919.

Explanat, cur cum moderatione quadam acceperit instructionem ex Secretariatu Status sibi missam de reformatione rei agrariae, quae in Polonia acerrimas disputationes et controversias concitavit. Refert etiam de controversiis et simultatibus inter episcopos et moderatores publicos exortis propter proprietatem ecclesiasticam controversam, praeter alia ad tempa et bona Ecclesiae Graeco-catholicae olim propria, pertinentibus. Scribit etiam de circumstantiis et causis, propter quas categoria Legationis Polonicae apud Secdem Apostolicam a prima ad secundam classem reducta sit.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1238r-1239r. N.prot. 1207.

Eminenza,

Faccio seguito ai miei ossequiosi cifrati 44 e 45⁴⁴⁵ per confermare innanzitutto all'Eminenza Vostra Reverendissima ricevute le Sue venerate cifre 54 e 55⁴⁴⁶, e poi per più completamente informare la stessa Eminenza Vostra Reverendissima delle interpretazioni e pratiche che riguarderanno i detti numeri e sono in essi accennate.

Colla venerata Sua Cifra n. 54 benignamente esaudendo la mia domanda di istruzioni sul come io debba regolarmi nella eventuale necessità di parlare e trattare in tema di riforma agraria e di proprietà ecclesiastica,

443 Cfr. N. 817.

444 Quod documentum Ratti per cursorem accepit, a Ludovico Maglione 18 VI 1919 Berna missum, una cum litteris comitatorialibus N° 2466, quae in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1005r asservantur (N.prot. 1279).

445 Cfr. N. 787 et N. 813.

446 Cfr. N. 738 et N. 793.

l'E.V.R. degnavasi rispondere ch'io proceda d'accordo coll'Arcivescovo di Varsavia. Così almeno mi parve di potere, di dovere interpretare alla prima ovvia lettura; ma poi riflettendo alle possibilità di altra interpretazione ed alla maggior corrispondenza di questa con le circostanze dei luoghi e delle persone, sono venuto nella convinzione che convenisse leggere: cogli Arcivescovi di Polonia, comprendendoli tutti, anche l' Armeno ed il Greco-Ruteno di Leopoli, e per essi tutti i Vescovi che a loro fanno capo, come tutti sono interessati nel grande dibattito e nella grande riforma.

In questa interpretazione, dirò così, estensiva, mi confermava per gli Arcivescovi e Vescovi latini il fatto che la proprietà ecclesiastica si presenta in condizioni affatto diverse, nel "Regno", in Posnania ed in Galizia, diverse per la entità ed estensione dei beni, diverse per i precedenti storici di fatto e di diritto; per gli Arcivescovi e Vescovi Greci poi (e analogamente per l' Armeno) mi confermava nella interpretazione stessa la venerata sua Cifra 55. In risposta alla quale posso aggiungere che già nelle passate conferenze episcopali si è cominciato a trattare delle Chiese e annesse piccole terre che rimasero abbandonate dai Russi; e si è in massima stabilito di procedere così che siano restituite ai cattolici quelle che furono già dei Greco-uniti e tolte poi loro dai Russi furono per un tempo più o meno lungo in possesso ed uso degli ortodossi. Bene inteso, che nel "Regno" le chiese in discorso vengono restituite non soltanto al rito [greco]-cattolico, ma anche al rito latino-romano, perché di greco-uniti quasi non ne restano affatto, essendo prima stati trasportati in massa e, stavo per dire, meccanicamente all'ortodossia, e poi (dopo il 1905) essendo essi in massa tornati non al rito cattolico-greco, ma al rito romano-latino, l'altro non essendo tollerato dal governo russo.

Vero è che il detto procedimento non poté applicarsi ed eseguirsi se non nei primi momenti dopo cessate le "occupazioni" straniere. Ora il governo ha già messo la mano (a titolo, dice, di custodia e di amministrazione) sugli edifici e sulle terre e non sembra esser per cederle molto facilmente.

Qualche chiesa fu anche recentemente occupata, riconciliata al culto cattolico, come a Chełm (l'accenno nell'ossequioso mio rapporto 1182)⁴⁴⁷ ed in Podlachia, ma già ne sono nate (segnatamente in Podlachia) contestazioni tra Vescovo e governo; richiesto, ho creduto di non poter ricusare al governo il mio intervento; spero di non ingannarmi che è stato con qualche buon effetto, almeno immediato; la seconda festa di Pentecoste invitato dal Vescovo e desiderato dal popolo andrà appunto in Podlachia (Janów) e di ritorno, più largamente informato io stesso, potrò dare qualche più completo rapporto sulla condizione vera della cosa. Quanto ai beni della Chiesa Greco-rutena in Polonia, secondo il proposito e l'interpretazione accennata e salvo miglior giudizio dell'Eminenza Vostra Reverendissima, dovrò trattare con Mons. Szeptycki; nel caso le condizioni politiche del paese e le sue personali

447 Cfr. N. 801.

non gli permettessero (com'è probabile) di venire a Varsavia, mi rivolgerò ai Vescovi greco-uniti di Stanislaw e di Przemyśl.

Il mio ossequioso cifrato 44 si riferiva al gradimento della S. Sede per la persona del Prof. Kowalski designato M.^o Plenipot. di Polonia presso la S. Sede.

Vostra E.nza ha già da tempo rilevato e considerato che in queste sfere ufficiali e di governo si è in piena e quasi assoluta novità di cose e di persone e quindi non si meraviglia se molto di tumultuario e d'incerto vi si scorge. Non si pensò prima a domandare, neanche in via officiosa e confidenziale, il gradimento della S. Sede perché, si diceva, così si era fatto anche con le grandi Potenze. Si seppe poi presto che con esse aveva trattato oralmente a Parigi il Presidente Paderewski; si venne allora in fretta e furia da me, ed io perché le cose non andassero di nuovo alle Calende greche ho interpretato e vivamente assicurato che il desiderato gradimento non sarebbe mancato⁴⁴⁸; tanto più trattandosi di persona notoriamente e cattolicamente buona.

E' più torbida la questione della relazione dalla prima alla seconda classe, alla quale accenna l'ossequioso mio cifrato N. 45. Prima, ho motivi per non dubitarne, si era infatti stabilito che il Prof. Kowalski (almeno egli personalmente) sarebbe Ministro Plenipotenziario di 1^a classe ed egli ne era e se ne diceva felice. Sembrava del resto a tutti; qui un riguardo troppo dovuto alla S. Sede, tanto più che sarà di 1^a classe il Ministro Plenipotenziario (Constantino Skirmunt)⁴⁴⁹ presso il Governo Italiano. Il Presidente Paderewski volle anche che le credenziali del Prof. Kowalski fossero cronologicamente le prime ad essere redatte e presentate alla firma del Capo dello Stato Piłsudski ed espressamente ordinò che fossero redatte con devoto calore, ed il Pres. Piłsudski trovò tutto ben fatto e firmò; disse anzi a Mons. Gall (che me lo riferiva subito) che aveva firmato con molto piacere "pensandosi che Roma fosse contenta".

Fu soltanto al momento dell'ultima partenza di Paderewski per Praga e Parigi, che qualcuno, per le solite influenze intesistiche (di cui parecchi - meno male! - già cominciano ad accorgersi) ha mosso non so quali difficoltà e fatto non so quali considerazioni, perfino di budget, che portarono al segnalato cambiamento di classe, con vera desolazione del Prof. Kowalski e con penosa sorpresa di tutti quanti e - in apparenza - anche di alcuni di quelli che erano in campo.

Alla sorpresa succedettero ben presto i discorsi e le proteste; si venne da parecchie parti anche da me; risposi che io ero l'ultimo al quale convenisse dire una sola parola in merito; che naturalmente i giudizi ed i confronti sa-

⁴⁴⁸ Ministerium Rerum Exterarum litteris 28 V 1919 datis episcopos Polonus certiores reddidit de institutione Legationis Polonae ad Sedem Apostolicam et praeter alia scripsit: "Nominatio domini Kowalski in Sede Apostolica benevole accepta est, sicut de hac re visitator apostolicus in Polonia Achilles Ratti Ministerium Rerum Exterarum edocuit et adiunxit legatum Kowalski ad munus suum assumendum proximis diebus Roman profecturum'esse". KDKK, 13(1919), p. 187.

⁴⁴⁹ Constantinus Skirmunt, cfr. ANP LVII/4, N. 624, notam 459, p. 148.

rebbero quelli che le cose suggeriscono; che al postutto la S. Sede ha una troppo lunga e vasta esperienza in fatto di rapporti diplomatici per dare all'incidente un'importanza superiore alla sua entità.

Ora sembra che si pensi al rimedio, cioè al ritorno dalla 2^a alla 1^a classe, dato che nulla fu ancora ufficialmente pubblicato. Com'è dover mio, non mancherò di tener ufficialmente informata l'Eminenza Vostra Reverendissima, ed intanto con ogni ossequio, baciando la s.p. mi professo *etc.*

Achille Ratti
Visitatore Apostolico

N. 820.

Card. Franciscus Bourne, aepus Vestmonasteriensis
Achilli Ratti

[Londinii, ante 9 VI 1919].

Brevi nota, in schedula salutatoria "Cardinal Bourne Archbishop of Westminster⁴⁵⁰" exarata, rogat, ut Ratti operam suam interponere velit, ut sores a Visitatione in Roselands, Walmer (in Anglia) monasterium ipsarum Lublinense recuperare possint⁴⁵¹.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 [chartula agglutinata in] f. 986v; cum adnotatione manu Achillis Ratti scripta: "Ricevuto 9 VI 1919; risposto 13 VI 1919".

N. 821

Stephanus Rešetylo OSBM, magister novitiatus
Achilli Ratti

Cracoviae (Dąbie), 11 VI 1919.

Refert de circumstantiis detentionis, deinde relegationis in locis Cracoviae vicinis monachorum Basilianorum ex monasteriis in Żółkiew (Žovkva) et Krechów (Krechiv) et petit, ut apud auctoritates competentes pro eis inter-

⁴⁵⁰ Franciscus Bourne, card. (1861-1937), aepus Vestmonasteriensis (Westminster), amicus et adiutor Congregationis Sororum a Visitatione BMV, cfr. ANP LVII/4, notam 612, p. 221.

⁴⁵¹ In AV, Arch.Nunz.Vars. 191 in f. 991r-992r servantur litterae praepositae Congregationis a Visitatione in Roselands (Anglia), Mariae Caietanae Łukaszewicz, ad Achillem Ratti 27 V 1919 datae, quae separatim non publicantur, cum earum argumentum idem sit ac illud, quod in ipsius prioribus litteris publicatum sit in ANP LVII/4, N. 624, p. 221-222.

cedat, ita ut e relegatione liberi dimittantur et in monasteria sua reverti possint.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1022r-1024v (N.prot. 1297).

Ill.me ac Rev.me Domine!

His litteris animus est certiores reddere Ill.mum ac Rev.mum D.num de iis, quae evenere nuper in monasteriis Basilianis Žovkvensi nempe ac Krehivensi. Ucrainicis copiis versus orientem cessantibus Poloni oppidum Žovkvam die 16 Maii a.c. occupaverunt. Statim investigationes incepere ac visitationes severissimae in dicto monasterio Žovkvensi, quarum terminus erat incarcerationis omnium membrorum memorati monasterii, imo indigna electio e monasterio die 18 Maii, quod manasterium praefectura militaris in suam sumpsit [.....]^{a)}. Praeterea ecclesiam quoque nostram Žovkvae occluserunt atque obsignaverunt omni celebratione divini officii vetito ac interdicto. D.nus Mroczkowski, praefectus custodem publici ordinis (gendarmes), tamquam causam huiusmodi actionis praetendebat incarcerationem ac deportationem procuratoris monasterii PP. Dominicanorum, P. Bronislai Cholewka⁴⁵², qui contra vetitum Ucrainici regiminis duos Polonus milites in monasterio secrete tenebat. Pro uno Dominicanu - centum Basilianos se in carcerem missorum ipsem aiebat praefectus. Typographiam quoque Basiliannam Žovkvensem cum omnibus requisitis in suam exclusivam occupaverunt possessionem atque confiscationi - ut dicebatur ab ipsis - subiecere. Tandem duobus sacerdotibus, superioris nempe vices gerenti et parochiae administratori, atque tribus fratribus conversis, omnino necessariis ad operationes typographicas, extra claustra monasterii in oppido habitandi permissionem dederunt; reliquos vero omnes religiosos, quinque nempe sacerdotes et sex conversos, die 22 Maii deportaverunt atque prope Krakoviam in captivorum castris⁴⁵³ collocarunt.

Monasterium autem Krehivense (prope Žovkvam situm) domus erat Novitiatus Ordinis nostri. Praeterea inhabitare illud auditores philosophiae cum suis professoribus. Universim habitabant hoc in monasterio triginta quatuor religiosi. Ad vesperam diei 20 Maii venit Krechoviam memroratus D.nus Mroczkowski cum cohorte militum convocatisque ac conscriptis omnibus religiosis declaravit eos omnes in militari manere custodia eodem-

⁴⁵² Bronislaus Cholewka, natus a. 1880, Praedicatorum Ordinem ingressus est a. 1901, primam professionem monasticam praestit a. 1902, ordines sacerdotales accepit a. 1905. A. 1925 funetus est munere prioris monasterii in Zólkiew.

⁴⁵³ Agitur de oppidulo Dąbie prope Cracoviam, tunc temporis campo (sive castris) Austriaco captivis bellicis Russis, post primum bellum panoicum, quod vocant, custodiendis.

que die monasterium relicturos ac incarceratum iri. Ad necessaria [....]^{b)} permissum est eis per breve temporis spatium. Interea milites auferebant e monasterii rebus quocumque auferri potuit, uti alimenta, vestimenta, linte, lectorum coopercula etc. Memoratus vero praefectus militum, D.nus Mroczkowski, pecuniam monasterii, praesertim vere aureos nummos atque argenteos omnes secum abstulit relinquendo tantummodo signaturam ablatae pecuniae. Quod idem quoque fecit Žovkvae relinquendo religiosos Žovkvensis monasterii sine opibus ac sustentamento ullo. Deinde excepto D.no Superiore monasterii Krechivensis ac uno Fratre converso, qui originem dicit Polonam, omnes alios sacerdotes, clericos, [....]^{c)} in carcere simul cum patribus ac fratribus Žovkvensis monasterii nec non aliis captivis cuiuscumque generis atque conditionis tenebant ac tandem die vigesima tertia Maii in supradictis castris prope Krakoviam collocarunt atque hucusque in custodia conservant.

Idque addendum videtur nos nullius culpae esse conscos, neque a Polonis ulla nobis obiecta est culpa, protocollum - ut dicitur nullum conscriptum nec inquisitio ulla de quocumque nostrum est facta.

Quod et quanta mala ac damna iunioribus praesertim religiosis commoratio in his rerum adiunctis inferant, vix opus est, ut fusius Ill.mo ac Rev.mo D.no exponam. Quibus omnibus fideliter cum Ill.mo ac Rev.mo D.no collatis humillime omnium nomine rogo, ut apud eos, ad quos spectat, intercedere dignetur, quo citius in nostra habitacula regredi ac vitam secundum regulas nostras renovare possimus.

Ill.mo ac Rev.mo D.no signa, quae par est, reverentiae ac subiectionis exprimo; servus in D.no infimus

Stephanus M. Rešetylo OSBM⁴⁵⁴
Magister Novitiatus

a) *Duae lineae textus omnino illegibiles.*

b) *Verbum illegibile.*

c) *Duae lineae et dimidia legi non possunt.*

454 Rešetylo Stephanus Simon (Semen, 1889-1950), OSBM. Ordinem Basiliyanorum ingressus est 13 V 1905. Studiis philosophiae et theologiae operam dedit in seminariis Basiliyanorum in Ławrów (Lavriv) et Krystynopol (Krystynopol'), vota sollemnia professus est a. 1910, sacerdos ordinatus a. 1914; magister novitiorum in monasterio Krechoviensi (Krechiv) a. 1918-1920. Relegatus seu internatus in castris Dąbie prope Cracoviam una cum novitiis et confratribus (42 personis); superior monasterii in Buczacz (1921-1924), in Male Berezne (1925-1928); Varsaviae (1929-1930), protoigumenus Provinciae Basilianae S.ssimi Salvatoris (1931-1935); secretarius epi Dionysii Narjadi (sive Nariadi, 1938-1939); praedicator Verbi Dei ad populum, scriptor popularis. Obiit Chicagiae (Chicago) in Foederatis Americae Civitatibus.

N. 822.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 13 VI 1919.

Rogat, ut sacerdoti Theophilo Jarzębski tradat summam pecuniae, valorem 1000 marcarum continentem, ad ipsius in Polonię redditum destinatam, ab ordinario eius, epo Augustino Łosiński, acceptam.

Cop. telegrammatis "cifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f 1243r. N prot.
1223 Cifra P 46.

[Numero] 46. Vescovo Kielce prega E. V. Rev.ma versare sacerdote Jarzębski⁴⁵⁵ Napoleone 55 somma corrispondente a marchi 1000 a me dati per suo rimpatrio⁴⁵⁶. Ossequi⁴⁵⁷.

N. 823.

Achilles Ratti
Antonio Karaś, epo Sejnensi

Varsaviae, 13 VI 1919.

Litteras ad Nuntiaturam Pontificiam Monacensem missas, quibus aliquae dispensationes matrimoniales postulabantur, ad se allatas esse nuntiat et certiore eum reddit se ipsum postulatas dispensationes esse concessurum, si forte responsa ad eiusmodi supplicationes e Sede Apostolica mittenda nimium diu exspectanda sint.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1246r. N prot. 1225.

In die festo S. Antonii non sine auguriis et votis

⁴⁵⁵ Agitur de sac. Theophilo Jarzębski, cfr. ANP LVII/4, notam 74, p. 23.

⁴⁵⁶ Cfr. ibidem, N. 486, p. 22-23.

⁴⁵⁷ Cfr. N. 838.

Excellentissime D.ne,

Habeo litteras Tuas ad me datas die 9 Maii a. 1919 (N. 233)⁴⁵⁸ de 11 libellis supplicibus agentes, quos a. 1918 in mensibus Octobris, Novembbris, Decembbris cum sexcentis appositis marcis Monachium in Bavaria ad Nuntiaturam Apostolicam mittebas pro dispensationibus matrimonialibus obtinendis.

Unum possum et hoc libentissime facio statim, ut nempe Romae interrogem, num libelli Tui iam pervenerint; quo casu rescripta ad me transmittenda curabo; sin autem publicarum perturbationum gratia Monachii fortasse manserunt, potero ipse concedere petitas dispensationes.

Si optime vales, gaudeo, orationibus tuis me commendo et obsequia mea ex corde exhibeo

add.mus in Domino
Achilles Ratti

N. 824.

Incolae oppidi Calissiae
Achilli Ratti

Calissiae, 13 VI 1919.

Extollentes merita Patrum Franciscanorum de civium Calissiensium vita religiosa amplificanda et augenda, supplicant visitatori apostolico, ut preces eorum apud Sedem Apostolicam adiuvare et commendare velit, ut monasterium Patrum Reformatorum, quod petente epo ordinario sororibus Familiae de Nazareth traditum erat, primigenis ipsius possessoribus restituatur.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 997r-998r (N.prot. 1258).

Prośba

W 1631 r. Marcin Wierusz Kowalski za aprobatą króla polskiego sproxadził do Kalisza OO. Reformatów, następnie pobudowano kościół i klasztor tegoż Zgromadzenia. OO. Reformaci byli w wielkim poważaniu u mieszkańców Kalisza i wywierali dodatni wpływ na całą rzeszę naszego grodu, kościół zaś na nabożeństwach bywał przepełnionym wiernymi. Rząd rosyjski na otwarcie nowicjatu nie pozwalał, więc do wybuchu wojny 1914 r. znajdował się w klasztorze tylko jeden zakonnik śp. ks. Wiktor Gakowicz. Niemcy koś-

⁴⁵⁸ Autographum huius scripti, quod separatim non publicatur, asservatur in AV, Arch.Nunz. Vars. 191 f. 974r (N.prot. 1226), cfr. Tab. 1, n. 11.

ciół sprofanowali i takowy został zamknięty. Z ustąpieniem Niemców radość wstąpiła w nasze serca. Sądziliśmy, że kościół i klasztor OO. Reformatów zwrócionym będzie, lecz spotkał nas zawód nie do opisania dowiedziawszy się, że takowe Siostrom Nazaretankom oddane zostaną.

Kalisz jest miastem fabrycznym, w którym także jak i w innych tego rodzaju miejscowościach rozwija się jad socjalistyczno-bezwyznaniowy i jeżeli nie przybrał większych rozmiarów, to tylko dzięki OO. Franciszkanom, którzy pobożnością, naukami i pięknymi przykładami niejedną duszę wątpiącą przekonali i nawrócili, śpiesząc do chorych pieszo z ostatnią posługą, nie żądając jak duchowieństwo świeckie dorożki, której kurs obecnie kosztuje 15 mk, a nie każdy umierający biedak posiada taką kwotę, lecz kościół OO. Franciszkanów położonym jest w centrum miasta, zaś kościół OO. Reformatów przy rogatce, za którą mieszka kilkanaście tysięcy przeważnie ludu roboczego, więc tutaj dla zakonników otwiera się piękne pole działania; z oddaniem kościoła Siostrom Nazaretankom wierni z takowego pozytku mieć nie będą.

Polska zawsze opierała się na wierze katolickiej, spodziewamy się, że i nadal tak będzie, lecz dla rozkrzewienia wiary, niezbędnymi są zakonnicy, którzy wolni od innych zatrudnień mogą otaczać swoją duchową opieką klasę robotniczą, inaczej zagraża tej ostatniej upadek religijny, która to okoliczność może wywrzeć i ujemny wpływ na bieg wypadków politycznych.

Na spalony przez Niemców kościół OO. Reformatów złożono liczne ofiary w Poznańskiem. Miano przystąpić do restauracji; zwieziono nawet materiały, więc można było uszkodzony remont bez udziału Sióstr Nazaretek, które niepotrzebnie zaciągnęły dług u okupantów, gdyż Niemcy kościół spalili i ich obowiązkiem [jest] wynagrodzić szkody.

Ponieważ większa część mieszkańców naszego grodu domaga się wznowienia w Kaliszu zakonu OO. Reformatów, więc zwróciliśmy się w tej sprawie do J. E. Biskupa diecezji kujawsko-kaliskiej⁴⁵⁹, z prośbą o zwrócenie kościoła i klasztoru temuż zgromadzeniu OO. Reformatów, a że sprawa ta może się oprzeć o Stolicę Apostolską, to mamy honor zbliżyć się do stóp Waszej Ekscelencji^{b)} z najpokorniejszą prośbą o łaskawe poparcie wymienionej wyżej sprawy jako słusznej i sprawiedliwej, również dla ogółu pozytecznej.

Sequuntur subscriptiones quattuor personarum: "upoważnionych od większego grona mieszkańców miasta Kalisza, wyznania rzymsko-katolickiego".

a) *In margine adnotatio, cuius secundam partem (inde a verbis: "1) per la visita ...") adscripsit A. Ratti:* Domanda che venga ridata ai PP. Reformati la chiesa in Kalisz occupata recentemente dalle Nazarene. L'opera dei PP. Reformati è necessaria e desiderata dai cittadini: 1) per la visita agli infermi che da essi facevansi a piedi e senza spesa (circa 15 Mk. ogni volta con carrozza); 2) per l'assistenza religiosa alla popolazione operaia. Risposto indirettamente raccomandando alle Nazarene di Kalisz d'occuparsi senza indulgio dei bambini dei poveri. A.R. [Achille Ratti].

b) *In textu:* Eminencja.

N. 825.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 14 VI 1919^{a)}.

Nuntiat participes Conventus Generalis associationum operariorum christianorum in Polonia summo pontifici filialem praestare reverentiam et benedictionem apostolicam exposcere.

Cop. textus "decifrati" (ms.): AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 2, f. 13r (N° 92440).

Cop. telegrammatis "cifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars.192 f. 1245r N prot. 1224 Cifra P 47.

Facsimile: Storti, p. 115.

[Numero] 47. Congresso generale associazioni operai cristiani della Polonia riunita presenta S[anto] Padre^{b)} omaggio filiale⁴⁶⁰ e domanda apostolica benedizione⁴⁶¹. Achille Ratti Visitatore Apostolico.

a) *In copia textus telegrammatis "cifrati" legitur datum, quod sequitur:* Varsavia 13 VI 1919.

b) *Copia telegrammatis "cifrati" destinata est "Suae Sanctitati Benedicto" ("Sua Santità Benedetto XV").*

N. 826.

Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis ritus Latini
Achilli Ratti

Leopoli, 14 VI 1919.

Certiorem eum facit die 9 VI Leopoli magnum coetum catholicorum Polonorum, viginti fere milium personarum utriusque sexus, sub divo convenisse et uno ore summoque cum applausu voluntatem suam manifestasse, ut religio catholica in nova Reipublicae Constitutione competentem sibi locum obtineret. Summopere gaudet eum ad visitandam Leopolim paratum esse et toto corde ad eiusmodi visitationem conficiendam eum invitat.

460 Conventus generalis associationum operariorum christianorum in Polonia peractus est Varsaviae diebus 8-9 VI 1919, cfr. W. Mysłek, *Kościół katolicki w Polsce w latach 1918-1939 (Zarys historyczny) [Ecclesia catholica in Polonia a. 1918-1939 (adumbratio historica)]*, Warszawa 1966, p. 347.

461 Cfr. N. 850.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1025r (N.prot. 1299).

Excellentissime Rev.me D.ne!

Relate ad aestimatisimas litteras de die 7 Maii a.c.⁴⁶² honori mihi duco Excellentiae V.rae Rev.mae nuntiare, Leopoli die 9 Iunii magnum coetum catholicorum Polonorum sub divo coadunatum fuisse. Dicto in conventu viginti fere millia personarum utriusque sexus uno ore summoque cum aplausu suam manifestaverunt voluntatem, ut religio catholica secundum ius divinum et iuxta patrias traditiones competentem sibi dominantem conditionem in nova Status Constitutione obtineret⁴⁶³.

Magnae mihi fuit laetitiae nuntius Excellentiam V.ram paratam esse Leopolim adire. Toto corde Excellentiam V.ram invito rogoque, ut domum meam pro sua habeat. Peto simul, ne visitatio fiat ante mensem Septembrem, cum in territorio archidioecesis bellum cruentum adhuc perduret et ego coactus sim in vicinis balneis proximo mense valde debilitatam valetitudinem curare.

(a-)Utor felici occasione, ut Excellentiae V.rae Rev.mae exhibeam sensa profundissimae venerationis, hum.mus in Christo servus

† Iosephus Bilczewski
aepus Leopoliensis^{-a)}

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 827.

**Iosephus Bronislaus Szafnicki, parochus ruralis in Kokanin
Achilli Ratti**

Kokanin prope Calissiam, 15 VI 1919.

Exhibit visitatori apostolico urgentissimas necessitates (sive indigentias) spirituales populi Poloni, quibus praeter alias annumerat institutionem reli-giosam, exemplarem vitam cleri dioecesani et regularis, mutatam indolem visitationum pastoralium (commendat praesertim benedictiones domorum occasione Natalis Christi instituendas, diligentem et accuratam praedicationem Verbi Divini, amotionem immoderati factionum politicarum studii ex actione et cura animarum pastorali.

⁴⁶² Cfr. N. 733.

⁴⁶³ Cfr. N. 745.

Or.: AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 357r-358r. N.prot. 16.

Excellentissimo Delegato Sedis Apostolicae in Polonia indigentiarum spiritualium populi Polonici per sacerdotem Iosephum Bronislaum Szafnicki, parochum ruralem in Kokanin humilis explicatio.

Triginta iam annis fungor munere parochi ruralis in Kokanin... Optime cognovi animum nostri Polonici populi... De populo hoc sincere edicere possum: "mens sana habitat in corpore sano" huius populi.

Indigit solummodo hic populus Polonicus:

1° Zelosa instructione christiana Romano-catholica diebus Dominicis, festivis ex parte cleri parochialis...

2° Bono exemplo ex parte parochorum et vicariorum...

3° Ordinata et moderata per iustitiam et caritatem christianam ex consensu cum tutoribus ecclesiae (Dozór Kościelny) perceptione iurium stolaie.

4° Non subita, tempore perturbationis politicae in Polonia, sublatione festorum Domini, B.V. Mariae et Sanctorum...

5° Visitatione apostolico-parochiali post festum Nativitatis Domini (in Polonia "Kołęda" dicta) non solum lucri materialis, sed sedandi litium, consolationis spiritualis et imitandi Iesu Christi gratia...

6° Explicatione omnium caeremoniarum Ecclesiae ante earum exsecutionem per sacerdotem celebrantem...

7° Bono exemplo nobilium et intelligentiae, quae ruri cum populo habitat...

8° Unanimitate in actione sociali inter familiam Polonicam et scholam, societatem nationalem, regimen civile et ecclesiasticum Polonicum...

9° Cognitione perfecta et accurata per totam nationem Polonicam: clericum, nobiles, urbicolas et populum ruralem, in quo consistit vita hominis in terra: animalis, humana, philosophica, massonica^{a)}, naturalis, et in quo consistit vita hominis supernaturalis, vita Iesu Christi et Sanctorum, vita christiana...

10° Explicatione clara horum verborum Apostoli: "Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus"⁴⁶⁴...

11° Explicatione clara horum verborum Christi: "Sit autem sermo vester: est, est; non, non; quod autem his abundantius est, a malo est"⁴⁶⁵...

12° Non coniunctione religionis Romano-catholicae cum politica civili Machiavelli... "Ne sacra profanis misceantur"... "Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos"⁴⁶⁶...

⁴⁶⁴ Gal 2,20.

⁴⁶⁵ Mt 5,37.

⁴⁶⁶ Mt 7,6.

13º Explicatione verborum Christi: "Quaerite ergo primum regnum Dei, et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis"⁴⁶⁷...

14º Cognitione accurata ex parte sacerdotum horum verborum Scripturae Sacrae: "Omnes enim quae sua sunt, quaerunt, non quae sunt Iesu Christi"⁴⁶⁸... Et horum: "Zelus Domus Tuae comedit me"⁴⁶⁹...

15º Non subita introductione monachorum in regno Poloniae, e Galicia provenientium. In quantum observari: ordines hi, masculini generis, reformatione et accommodatione necessitatibus socialibus nostrorum temporum indigent. Zelosus episcopus P.⁴⁷⁰ in theologia pastorali, nostris temporibus edita, scribit: "Infelix haec paroecia, ubi sunt haec tria: "Moses, Aaron et Elia"... Difficile est dictu, quam monachis Polonicis et toti nationi Polonicae displicant vota monachorum: castitas, paupertas et oboedientia seu humilitas... Observari haec in Macoch⁴⁷¹ et sociis⁴⁷² Claromonte; observari haec et alibi... Omnia haec sunt tristes effectus anarchistici regiminis Poloniae ante dismembrationem nobilium, et post dismembrationem Russorum et Austriae Iudaicae⁴⁷³;

16º Indigit tota Polonica natio cultu religioso non solum Beatissimae Virginis Mariae, et Sanctorum, sed praesertim Sanctissimae Trinitatis; explicatione differentiae cultus Beatae Virginis Mariae, Sanctorum et Dei... Supplicatione mea ad papam Pium X elevavi sollennitatem SS. Trinitatis ad ritum I classis in orbe terrarum. Nunc episcopatus Polonicus curare debet, ut haec sollennitas SS. Trinitatis festum nationale Polonicum fiat. Qua de causa?... Quia Ioannes Sobieski⁴⁷⁴, rex Polonicus et rex - ultimus heros chri-

⁴⁶⁷ Mt 6,33.

⁴⁶⁸ Phil 2,21.

⁴⁶⁹ Ps 2,17; Io 68,10.

⁴⁷⁰ Agitur procul dubio de epo Premisiensi Iosepho Sebastiano Pelczar et eius opere: *Pasterz według Serca Jezusowego, czyli ascetyka pasterska* [Pastor secundum Cor Iesu sive de ascetica pastorali], publicato Leopoli a. 1913.

⁴⁷¹ Caspar Damasus Macoch (1869-1919), Ordinem Paulinorum (S. Pauli I Eremitae) ingressus est a. 1895. Studiis doctrinae in Seminario Dioecesano Vladislaviensi absolutus in Claro Monte Częstochowiensi munere oeconomi domus fungebatur. Mense Maio a. 1910 e monasterio expulsus in dioecesim Varsaviensem acceptus est et nominatus parochus paroeciae Kurdwanów in decanatu Sochaczewensi. In causa de fratricidio in monasterio Claromontano perpetrato accusatus, 12 annis duri laboris in Siberia damnatus est, sed propter valetudinem in carcere Petricoviensi est collocatus.

⁴⁷² Procul dubio hic agitur praeter alias de patre Stanislawo Isidoro Starzewski (1871-1929), a. 1909 e monasterio remoto, qui in processu Petricoviensi 5 annis custodiae multatus est, et patre Basilio Olesiński, qui a. 1895 Ordinem Paulinorum ingressus est. Mense Maio a. 1910 ex Ordine expulsus. Cum demonstratum esset eum supramemorato Macoch in patrando crimine operam et auxilium praestitisce, poena carceris duorum annorum et dimidiū punitus est. Finita poena acceptus est in dioecesim Płocensem, ubi mutato nomine tamquam sedulus parochus e vita excessit. Plura de hoc negotio invenies in *Akta rzędu carskiego dotyczące Jasnej Góry z lat 1868-1914* [Acta status imperialis Russici ad Clarum Montem a. 1868-1914 pertinentia]. Huiusmodi documenta collegit et in sermonem Polonicum vertit Iulia Godlewska, introductione et commentario instruxit Ianussius Zbudniewek OSPPE. *Studia Claromontana* 18/1998, p. 235-382.

⁴⁷³ Prima Poloniae partitio a potentissimis vicinis perfecta est a. 1772, altera a. 1793 et tertia, ultima, a. 1795.

⁴⁷⁴ Ioannes III Sobieski (1629-1696), rex Poloniae ab a. 1674. Ab a. 1665 fuit marescalcus maior Regni, ab a. 1666 exercituum Regni campester capitaneus et ab a. 1668 supremus exercituum Regni

stianus in Europa, in die sollemnitas SS. Trinitatis in regem Polonicum a nobilibus fuit electus et in die SS. Trinitatis mortuus est. Rex Sobieski defendebat occidentalem Europam ab exercitibus Turci Machometani.

17^o Indiget tota Polonica natio praesertim doctis et sanctis monachis in Claromonte, Claromontanis...

Habuimus in Polonia a sacerdote Papczyński⁴⁷⁵ fundatum Ordinem Immaculatae Conceptionis B.V. Mariae, Marianorum, in XVII saeculo. Ordinis huius principalis sedes ultimis temporibus fuit Mariapolis. Nunc Ordo hic in Portugalia invenitur.^{a)}

Haec sunt principales indigentiae spirituales populi Polonici.

^{a)} *Lectio incerta.*

N. 828.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Romae, 16 VI 1919.

Suspicans eum telegramma suum notis arcanis scriptum (n. 56) non accepisse, de nominatione ad munus nuntii apostolici et ad dignitatem archiepiscopalem evectione iterum eum edocet.

Or. telegrammatis "cifrati" (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 695r (N.prot. 1228) Cifra A 56-57; in schedula sub textu "cifrato" legitur textus "decifratus" manu Ermenegildi Pellegrinetti.

Cop. textus "decirati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 976r-977r Cifra A. 57; textus telegrammatis "decifratus" est manu Achillis Ratti.

dux. Celebres victorias adversus exercitus Turcarum reportavit: alteram a. 1673 ad Chocim, alteram a. 1683 ad Vindobonam.

475 Ioannes, in Ordine Stanislaus a Iesu Maria, Papczyński (1631-1701). A. 1654 ingressus est Ordinem Patrum Scholarum Piarum. Vota monastica praestitit a. 1656 et a. 1661 presbyteratus ordinem suscepit. In Ordine functus est officiis rectoris et praefecti scholarum, fuit professor rhetorices, cuius librum manualem etiam conscripsit. A. 1670 ad propriam petitionem votis solutus, a. 1671 habitum album Marianorum induit. Congregatio Marianorum a. 1673 ab eo condita confirmationem papae a. 1699 adepta est. Propter minus propitiias condiciones politicas, praeter alias ob vexationes auctioritatum Imperii Russici, praesertim quod Mariani seditionibus nationalibus Polonorum aperte interfuerunt, Congregatio paulatim languescere coepit. Ab a. 1866 unum tantum monasterium Mariampoli remansit, in quo ab a. 1908 unus solum monachus exstitit. Restaurationem Congregationis a. 1909 perfecit beatus Georgius Matulewicz. Cfr. *Odrodzenie Zgromadzenia Księży Marianów w latach 1909-1910 (dokumenty)* [Renovatio Congregationis Sacerdotum Marianorum a. 1909-1910 (documenta)]. Editionem curaverunt sac. Ioannes Bukowicz MIC et sac. Thaddaeus Górski, MIC. Warszawa 1995.

[Numero] 57. Replico seguente mia cifra che credo non giuntale "56. S.P. [Santo Padre] si è degnato di nominare V.S.R. [V.ra Signoria Rev.ma] Nunzio Apostolico in Polonia, conferendole titolo Arcivescovile Lepanto. Segue rapporto"⁴⁷⁶. (a-Card. Gasparri^{-a)}

a-a) *Textus non "in cifra" scriptus.*

N. 829.

Achilles Ratti

Iosepho Bilczewski, aepo Leopoliensi ritus Latini

Varsaviae, 17 VI 1919.

*Pro notitiis de milite Carolo Meroni et de Constantia Bidalot comparatis
et sibi missis gratias agit. Praeterea edocet eum de conatibus a se susceptis,
ut aepus Iosephus Bilczewski "Acta Apostolicae Sedis" constanter acciperet.*

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1249r N.prot. 1231.

Excellentissime Domine,

Accepi litteras ab Excellentia Tua ad me datas die 10 Iunii a.c.⁴⁷⁷ Pro curis tuis ad comparandas notitias de milite Carolo Meroni nec non de Constantia Bidalot cum grato animo gratias ago.

Pro "Actis Apostolicae Sedis" inde a die 1 Ianuarii huius anni ad curiam tuam in duplo transmittendis iam scripsi ad directorem Typographiae Vaticanae nec dubito, quin is quam cito poterit transmissurus sit.

Interim obsequia mea Excellentiae Tuae exhibeo [et] me illi in Domino commendo add.mus

A. Ratti

⁴⁷⁶ Cfr. N. 817. Telegramma "cifratum" A 56, quod separatim non publicatur, Varsaviae acceptum est non nisi 23 VI 1919 hora 23.50. Eius orginale una cum textu "decifrato" servatur in AV, Arch. Nunz.Vars. 190 f. 694r-v (N.prot. 1264).

⁴⁷⁷ Originale huius scripti (dactylogr.) Nr 1786, quod separatim non publicamus, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 978r (N.prot. 1230), cfr. ANP LVII/4, Tab. 2, n. 13.

N. 830.

**M. Ignatia Szydłowska, m. Caecilia Lubieńska, sorores Ursulinae
Achilli Ratti**

Cracoviae, 17 VI 1919.

Petunt concedi sibi licentiam ineundae unionis monasteriorum iam inter se unitorum (in Kołomyja, Leopoli, Stanislaopoli [seu Stanislavoviae], Lublini) cum monasteriis Tarnoviae et Cracoviae exstantibus, necnon domum generalem ex Kołomyja Cracoviam transferendi. Suggerunt etiam modum et rationem, qua monasteria, quae ad propositam unionem accesserint, administrari et gubernari possint. Subiungunt praeterea ipsarum supplicationem promoveri etiam et commendari a tribus ordinariis dioeceseon, in quarum territorio memorata monasteria sita sint.

Autogr. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1012r-1018r (N.prot. 1293); annexum n.2: or. (ms.); annexum n. 3: or. (dactylogr.).

Monseigneur!

Les ursulines polonaises implorent très humblement V.re Excellence de leur accorder la possibilité d'étendre l'union introduite 1909 entre les maisons de Kołomyja, de Léopol, de Stanisławów et dernièrement de Lublin sur les couvents de Tarnów et de Cracovie et de transporter la maison mère et la maison générale de Kołomyja à Cracovie.

L'année 1916, la congrégation des Evêques et des Réguliers approuva le projet de former toute une province polonaise; depuis ce temps nous avons réfléchi et prié à l'intention de la réalisation de cette idée. Aujourd'hui vu les circonstances politiques et la nécessité de répondre à l'appel urgent de certaines villes de notre patrie qui désirent nous confier la direction des gymna-ses de jeunes filles, nous sommes convaincues de la nécessité absolue de cette union.

Les soeurs professes de toutes nos communautés au nombre de 84 ont voté. 80 voix étaient pour et seulement 4 voix contre l'union.

Nous avons élaboré le plan de l'union d'après le nouveau code sous la direction du révérend père Roth SJ⁴⁷⁸.

Le gouvernement de l'ordre appartiendrait:

1) au chapitre général composé de la supérieure générale, de quatre conseillères générales dont l'une serait son assistante, de la secrétaire générale, de l'économie générale et des déléguées au nombre de deux de chaque maison particulière qui compterait au moins 12 soeurs professes de chœur;

⁴⁷⁸ Ioannes Roth SJ (1870-1944), Societatem Iesu ingressus est a. 1887 in Stara Wieś. Sacerdos ordinatus est a. 1900. Fuit professor iuris canonici Cracoviae a. 1906-1914, 1920-1922 et theologiae moralis a. 1922-1924. A. 1924-1940 docebat ius canonicum in Catholica Universitate Lublinensi, ubi etiam muneribus prodecani et decani Facultatis Iuridicæ functus est.

- 2) a la supérieure générale et son conseil;
- 3) aux supérieures locales nommées par la supérieure générale.

A la compétence du chapitre général convoqué tous les six ans appartiendrait:

- a) l'élection de la supérieure générale et de toute les officiantes générales,
- b) la fondation ou la suppression des maisons,
- c) l'introduction de l'uniformité dans toutes les maisons sous le rapport du système d'instruction et d'éducation de jeunes filles, du règlement et d'arrangement de la maison, autant que les dites choses ne sont pas strictement prescrites par nos règles et constitutions.

Puisque l'Archevêque de Posen⁴⁷⁹ réclame l'arrivée des soeurs avant le commencement de l'année scolaire et qu'on nous propose plusieurs autres fondations, il serait urgent de s'unir le plus tôt possible, c'est à dire déjà pendant les vacances, afin de pouvoir disposer de toutes nos soeurs professeurs d'après les besoins de chaque maison.

Voilà pourquoi nous osons présenter à V.re Excellence notre très humble supplique de consentir à l'élection d'une supérieure générale déjà au mois de juillet 1919.

Le chapitre convoqué dans ce but se composerait de supérieures actuelles de nos maisons et de trois déléguées de chaque communauté.

Les très humbles et très reconnaissantes servantes de V.re Excellence

M. Ignace Szydłowska
au nom des communautés de Cracovie et de Tarnów
(a-M. Cécile Łubieńska^{480-a)}
au nom des communautés unies⁴⁸¹

a-a) *Manu propria.*

⁴⁷⁹ Aepus Edmundus Dalbor.

⁴⁸⁰ Caecilia (Sophia) Łubieńska (1874-1937), a. 1891 Ordinem S. Ursulae Tarnoviae ingressa est, ubi a. 1894 vota perpetua est professa. A. 1899 in oppidum Kołomyja profecta est cum coetu sororum, quae novam fundationem condituae erant. A. 1914-1917 eligitur praeposita monasterii Leopoliensis et a. 1917-1919 fungitur munere praepositae monasterii Lublinensis. A. 1919 facta Unione omnium monasteriorum Ursulinarum electa est assistens et prima consiliaria generalis Ordinis. A. 1919-1926 fuit etiam praeposita monasterii Cracoviensis. A. 1926-1936 functa est officio praepositae generalis et ab a. 1936 praepositae provincialis.

⁴⁸¹ B. Banaś OSU in scriptis ad opus suum *Urszulanki w Polsce* [Sorores Ursulinae in Polonia] annexis in p. 297-298 adducit litteras matris Ignatiae Szydłowska ad visitatorem apostolicum Achillem Ratti 17 VI 1919 datas, quae hic tamquam separatum documentum non publicantur, cum ad eandem rem et argumentum pertineant et similis formae ac tenoris sint. Attamen hae litterae matris Szydłowska, cui destinatae erant, missae non esse videntur. Verisimiliter praepositae monasteriorum communicatis inter se consiliis, fortassis etiam suasore Ioanne Roth SJ vel epo Adamo Stephano Sapieha, constituerunt, ut eiusmodi litteris non solum praeposita monasterii Cracoviensis subscriberet, sed etiam praeditae essent subscriptione praepositae domorum unionis orientalis et uterentur favore episcoporum dioeceseon, in quarum territorio domus earum inveniebantur. In noviter compositis litteris positum est datum 17 VI 1919, eo probabiliter consilio, ne formaliter praecedenter litteras episcoporum, qui earum conatibus favebant (cfr. data scriptorum annexorum). Cfr. N. 860.

Annexum n. 1:

Adamus Stephanus Sapieha, epus Cracoviensis
 Achilli Ratti

Cracoviae, 17 VI 1919.

Eccellenza Rev.ma,

Pregato^{a)} dalle Suore Ursuline sono lieto di appoggiare il loro proposito d'unione fra i conventi del paese che risponde ai bisogni presenti del loro istituto.

Colgo questa occasione per assicurare V.ra Eccellenza delle mie profonde stime

† Adamo Sapieha

^{a)} In margine (*f. 1014r*) adnotatio: Allegato A al [N.prot.]1293.

Annexum n. 2:

Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis ritus Latini
 Achilli Ratti

Leopoli, 24 VI 1919.

Excellence!

Les Ursulines^{a)} de la Pologne me demandent d'appuyer leur cause devant V.re Excellence. Il s'agit d'associer à l'union déjà existante de l'est. Les maisons de Cracovie et de Tarnów par l'élection d'une supérieure générale qui habitait la maison mère transportée de Kołomyja à Cracovie.

Je ne vois pas de difficulté dans la réalisation de ce projet: 1) car les religieuses de toutes les maisons nommées observent les mêmes règles et constitutions; 2) car Rome a approuvé le projet de l'union N° 5069/16 l'année 1916. Je juge la chose nécessaire et urgente vu les circonstances politiques qui m'ont dicté même la nécessité d'envoyer les novices des Ursulines de mon Archidiocèse à Cracovie.

J'espère que cette union va contribuer à la plus grande gloire de Dieu et au profit spirituel des soeurs.

Voilà pourquoi j'ose demander V.re Excellence de permettre aux Ursulines de convoquer immédiatement le chapitre pour élire une supérieure générale et son conseil. Le plan détaillé du changement de la forme du gouver-

nement ainsi que les constitutions revues et corrigées seront présentées à V.re Excellence dans le courrant de cette année.

Veuillez agréer l'hommage de mon respect profond

(^b-serviteur très dévoué
† Josephus Bilczewski
Archevêque de Leopoli^{b)}

^{a)} *In margine (f. 1016r) adnotatio:* Allegato B al [1293].
^{b-b)} *Manu propria.*

Annexum n. 3:

Marianus Fulman, epus Lublinensis
Achilli Ratti

Lublini, 25 VI 1919.

Litterae testimoniales^{a)}

Praesentibus testificor Congregationem Sororum Ursulinarum Lublini tam observantia statutorum quam vita religiosa eminere et unionem singularum domorum huius Congregationis in tota Polonia esse pro bono Ecclesiae quam maxime optandam et laudabilem.

In quorum fidem etc.

† Marianus Fulman

L.p.^{b)}

Ludovicus Kwiek⁴⁸², Cancellarius.

^{a)} *In margine litterarum (N° 1946, f. 1018r) adnotatio:* Allegato C al [1293]

^{b)} *Sigillum rotundum cum inscriptione:* Episcopus Lublinensis.

N. 831.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 18 VI 1919.

482 Cfr. ANP LVII/1, notam 412, p. 188.

Testatur se accepisse telegramma notis arcanis exaratum, quo sibi significatum erat se nuntium apostolicum in Polonia nominatum esse, et petit, ut cardinalis secretarius status summo pontifici devotionem et fidem suam in papam et Sedem Apostolicam nomine suo notam faciat. Adiungit insuper gratiarum actiones ipsi secretario status destinatas.

Cop. telegrammatis "decifrati" (ms.): AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 2, f. 9r (N° 92186).

Cop. telegrammatis "cifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1248r N prot. 1229 Cifra P 48.

[Numero] 48. Il cifrato n. 57 con cui VER [V.ra Eminenza Rev.ma] mi ripeteva il precedente n. 56 non giuntomi, mi è pervenuto ieri 16⁴⁸³. Si degni l'EV [Eminenza V.ra] di umiliare ai piedi di Sua Santità i sentimenti della mia più profonda riconoscenza, trepida ma fidene nell'augusto Sua Parola. In paritempo anche VE [V.ra Eminenza] voglia gradire i miei ringraziamenti. L'annuзиato biglietto⁴⁸⁴ non mi è ancora giunto⁴⁸⁵. Ratti.

N. 832.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 18 VI 1919.

Mittit litteris adiunctas supplicationes aepi Alexandri Kakowski et epi Leonis Wałęga ad summum pontificem inscriptas easque diligenter commendat et petit, ut secretarius status benevolam earum expeditionem a papa impetrandam curet. Commendans supplicationem aepi Varsaviensis, qua petitur, ut sac. Georgius Gautier catalogo praelatorum domesticorum Suae Sanctitatis adnumeretur, certiorem eum reddit dictum sacerdotem secundum decreta Conferentiae Episcoporum munere rectoris Collegii (recte: Instituti) Polonorum Romae ad viam Petri Cavallini siti functurum esse et verisimili-

⁴⁸³ Cfr. N. 828.

⁴⁸⁴ Cfr. N. 818.

⁴⁸⁵ Exemplar textus telegrammatis "cifrati" servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. (192 f. 1247r-1248r, N prot. 1229) hanc formam habet: 48. Ieri 16 ricevuto suo teleg[amma] n. 57 ripetente 56 non giuntomi. Prego V.E.R. [V.ra Eminenza Rev.ma] umiliare al S[anto] Padre mia devota riconoscenza, trepida non di nuovo fiduciosa nell'augusto verbo suo. Ringrazio pure V.E.R. [V.ra Eminenza Rev.ma], attendo annuзиato dispaccio. Ossequi. Achille Ratti Vis[itatore] Ap[ostolico].

ter officium consiliarii ecclesiastici Legationis Polonicae apud Sanctam Sede ei concreditum iri.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 2, f. 133r-v, 135r N prot.

1241 (N° 94169); annexum: or. (dactylogr.).

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1253r-v.

Eminentissimo Principe,

Le due annesse suppliche (A e B) al Santo Padre mi sono con molto calore raccomandate rispettivamente da Sua Eccellenza Mons. Kakowski, Arcivescovo di Varsavia, e da Rev.mo Mons. Wałęga, Vescovo di Tarnów.

Nella prima (A)⁴⁸⁶ Mons. Kakowski chiede al Santo Padre che voglia benignamente degnarsi di annoverare tra i suoi prelati domestici il Rev.mo Dr. Gautier⁴⁸⁷, attuale Vicerettore di questo Seminario teologico di Varsavia. La supplica di Mons. Kakowski è strettamente coordinata alla deliberazione presa dall'Episcopato Polacco nella Conferenza 12-14 marzo p.p. di proporre alla Santa Sede il Dr. Gautier per Rettore al Collegio Polacco di via P. Cavour, come ebbi già occasione di accennare nel mio ossequioso Rapporto (24 IV 1919, n. 995)⁴⁸⁸ sulla detta Conferenza.

Il soggetto, che conosco, è certamente molto commendevole, e per quello che mi venne dato d'intendere finirà molto probabilmente per essere il Consigliere o Consultore Ecclesiastico della Rappresentanza Polacca presso la Santa Sede.

Nella seconda supplica (B)⁴⁸⁹ Monsignor Wałęga, chiede nelle circostanze speciali ivi esposte, di poter istruire nella sua Curia un processo ^{(a-de} matrimonio non consummato^{-a)} e di sottoporre poi gli atti a Sua Santità ad effetto della dispensa ^(a-de rato-a), se la stessa Santità Sua crederà di concederla.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma

umil.mo, dev.mo obl.mo servo

Achille Ratti

Visitatore Apostolico

a-a) *Linea subducta signatum.*

486 Vide annexum.

487 Cfr. ANP LVII/4, notam 903, p. 352.

488 Cfr. ibidem, N. 704, p. 352-353.

489 Non est repertum.

Annexum:

Alexander Kakowski, aepus Varsaviensis
Benedicto XV

Varsaviae, 14 VI 1919.

Beatissime Pater,

Georgius Gautier, absolutis studiis gymnasialibus et expleto curriculo studiorum in Universitate Varsaviaensi Romam petuit, ubi in Universitate Gregoriana gradum Doctoris Iuris Canonici obtinuit, annos 45 natus, Vicerector Seminarii Varsaviensis, Iudex Iudicij metropolitani, multa exhibuit assidui laboris documenta tam in educatione cleri gerenda, quam in aliis egregiis operibus. Morum integritate conspicuus, S. Matris Ecclesiae filius oboedientissimus, peculiarem semper ardentemque erga Sanctam Sedem prae se tulit amorem ac pietatem.

Harum animi dotum et meritorum intuitu omnino expedire existimo, ut praefato sacerdoti prout benevolentiae insigne a Sancta Sede titulus honorificus tribuatur. Propterea, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humillime supplico, ut eundem titulo "Antistitis Urbani", id est domus Pontificalis Praelati, decorare dignetur.

Qua occasione profundissimae venerationis et pietatis filialis affectus profiteor.

Sanctitatis Tuae dev.mus famulus et obs.mus filius

(a-†) Alexander Kakowski
Archiepiscopus Varsaviensis^{a)}

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 833.

Antonius Karaś, epus Sejnensis
Achilli Ratti

Sejny, 18 VI 1919.

Pro litteris et promissione sibi facta "visitandi Sejnam" gratias agit. In dioecesim suam eum iterum invitat et adiungit exemplaria opusculi "Facta et non verba" ("Fatti e non parole") nuper lingua Lithuanica publicata.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1058r (N.prot. 1381).

Excellentissime Domine!

Gratias ago maximas Excellentiae Tuae pro litteris de 4 die Iunii⁴⁹⁰ et pro facta promissione visitandi Sejnam, ubi primum possibile fuerit, prout mihi retulit Can. Narjauskas⁴⁹¹ qui nuper e Polonia reversus est. Visitatio Excellentissimi Domini personam Summi Pontificis gerentis magno solatio nobis esset, praesertim hisce turbulentissimis temporibus.

Saltem ex parte bolscevistarum [....]^{a)} nunc iam non videtur imminere periculum, quamvis varia obstacula et itineris incommoda haud pauca sint.

Utinam Deus Excellentiam Tuam salvam et in columem servet et non obstantibus gravibus difficultatibus ad nos venire permittat.

Hisce adiungo exemplaria opusculi "Facta non verba"⁴⁹², quod in versione Lituanica propagandam curavi.

Add.mus in Christo

† Antonius Eppus

a) *Verbum illegibile.*

N. 834.

**Achilles Ratti
Georgio Matulewicz, epo Vilnensi**

Varsaviae, 18 VI 1919.

Refert de rumoribus Varsaviae discurrentibus, quasi ordinarius Vilnensis in animo habeat eum auxiliarem sibi cooptare natione Alboruthenum. Summam prudentiam in omnibus actionibus ei commendat simulque suadet, ut ad refellendos huiusmodi falsos rumores data occasione declarare velit se non esse alienum a candidato natione Polono ad hoc munus nominando.

Autogr.: Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 22r-v.

⁴⁹⁰ Hae litterae non reperiuntur.

⁴⁹¹ Georgius (Jurgis) Narjauskas (Narjowski, Naujokas, 1876-1943), presbyter dioecesis Sejnensis. Cum in Pontifica Universitate Gregoriana a. 1903 gradum doctoris iuris canonici adeptus esset, occupatus est in consistorio et Seminario Dioecesano Sejnensibus. A. 1919-1922 functus est munere legati Lithuaniae (plena auctoritate parentis) apud Sedem Apostolicam.

⁴⁹² Cfr. ANP LVII/3, N. 352, p. 180.

- Ed. Polonice: Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz 1916-1921, nr 70,
p. 125-126.

JMJ

Excellentissime Domine,

Oblatam occasionem advenientis in istas partes Rev.di D.ni Dzień libenter arripi, ut Excellentiae Tuae obsequia mea in Domino exhibeam Eandemque identidem certiorem faciam de perseverantibus, imo succrescentibus in dies dicteriis de suffraganeo Alborusso per Excellentiam Tuam desiderato, imo praeparato. Hoc quam falsum sit, nemini melius quam mihi notum, quod et in eum finem effectum et divulgatum mihi videtur, ut aqua Tibi et circum Te turbetur et fortasse ad insinuandam necessitatem suffraganeum Polonicum constituendi.

Ego quidem ad me venientibus (non paucis quidem) et anxie exquirientibus falsitatem huiusmodi rumoris aperte asserui atque a Te hoc unum dictum fuisse, mihi omnino probatum, nihil novi a Te velle fieri, cum et Ipse nō sis et ipsam politicam constitutionem istarum regionum et gentium adhuc incerta et nondum decisa pendeat. Crediderim tamen non absonum esse si prudenter, prout scis, interdum dicas et vulgari sinas Te a constituendo, quando tempus erit, Polonico suffraganeo non esse alienum; interim autem a nominationibus proposse abstineas, quae Lituanorum partibus nimis favere videri possent. Hoc Excellentiae Tuae in Domino dico, quia talis color appingitur nominationi, quae dicitur nuper a Te factae Lituani cancellarii Consistorii Tui⁴⁹³, ut scias nempe, quae longe lateque dicuntur et in eo erant, ut etiam in Sejm inferrentur, non quod vel minime dubitem de prudentia Tua pastorali secundum Deum deque spiritu Tuo vere apostolico. Sane tempora difficillima advenerunt nobis et humores hominum in hoc momento, hic maxime, incredibiliter irritabiles et turbulentia.

Libertati meae pandas quaeso meque in orationibus Tuis quotidie commendes, add.mus in D.no

A. Ratti

⁴⁹³ Eo tempore in consistorio Vilnensi munus cancellarii vacabat. Tandem a. 1920 epus Matulewicz ad munus hoc nominavit sacerdotem Polonum, Lucianum Chalecki (1873-1964), qui ordinem sacerdotalem suscepit a. 1899 et a. 1919 fuit decanus Bialostocensis. Officiis cancellarii Curiae Vilnensis functus est ad a. 1926, deinde fuit officialis in Iudicio Episcopali. A. 1925 factus est canonicus capituli cathedralis Vilnensis et cubicularius secretus Suae Sanctitatis. Cfr. ANP LVII/4, Tab. 1, notam 10, p. 411.

N. 835.

Adalbertus Dowgiallo
Achilli Ratti

Varsaviae, 19 VI 1919.

Refert de condicione sociali, politica et religiosa in Latgallia, id est in ea Lettiae parte, quae maximam partem ab incolis Polonis inhabitabatur. Ad religionem catholicam in illis regionibus defendendam proponit Lettiae ab Russia separationem; suadet etiam, ut clerus illorum locorum a coniunctione territorii sui cum Lettia protestantica abhorreat, sed ad societatem cum catholica Lithuania vel Polonia propendeat, et ut clerus Polonicus augeatur nova monasteria condendo et novas Congregationes religiosas inducendo.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 931r-937r.

Mémoire^{a)} concernant la cause du Catholicisme en Livonie Polonaise.

La Livonie Polonaise représente la contrée catholique la plus avancée vers l'est et vers le nord de l'Europe. Sa population comporte 650 000 âmes, dont 60% de Lettes, 14% de Polonais, 12% de Russes, 12% de Juifs et 2% d'Allemands et d'autres nationalités diverses. Tous les Polonais et pour le moins 90% de Lettes appartiennent à la religion catholique-romaine, ce qui fait que la population catholique de ce pays embrasse 68% de la population totale, ou environ 450 000 âmes.

Cette région frontière à l'ouest avec la "Livonie Suédoise", habitée également en majeure partie par des Lettes; mais ceux-ci se distinguent des autres par leur croyance et un dialecte différent.

Les Lettes appellent la Livonie Polonaise (les 3 districts du gouvernement de Witebsk: Dunabourg, Rjeschitza et Lioutsine), habitée par les lettes catholiques "Latgallia" (Lettgalie), tandis que les terres habitées par les lettes protestants, (les 4 districts méridionaux de la Livonie et la Courlande) sont comprises sous la dénomination de "Latvija" (Lettonie proprement dite, Livonie Suédoise). La Lettgalie a depuis 1561 jusqu'au premier partage de la Pologne⁴⁹⁴ fait partie intégrale de l'Etat Polonais et a été sous l'influence de la culture latine, catholique et polonaise; la Lettonie elle n'a appartenu à la Pologne que depuis 1566 jusqu'à 1660, quand le traité de paix d'Oliwa⁴⁹⁵ l'a enlevée à la Pologne pour la soumettre à l'influence culturelle germano-protestante. Après le premier partage de la Pologne, en 1772, ces deux pro-

⁴⁹⁴ Id est ad a. 1772.

⁴⁹⁵ Tractatus pacis 3 V 1660 initus conclusit bellum Polonicum-Brandenburgicum-Sueticum, a. 1655-1660 gestum. Tum Ioannes Casimirus iuri ad Regnum Suetiae et Respublica utriusque nationis Livoniae renuntiavit, excepta parte ipsius meridionali et orientali.

vinces ont été incorporées à la Russie; mais la Lettonie (protestante) a été gouvernée par des institutions sous l'influence culturelle des allemands habitant le pays; la Lettgalie (catholique) au contraire a été livrée en proix [proiel] à la politique russificate des tsars, on y a introduit tout l'appareil des lois d'exception dirigées contre le polonisme et en même temps contre le catholicisme. Ceci fut précisément la cause du développement normal de la population en Lettonie et d'un recul par rapport à l'état de la culture et de la civilisation en Lettgalie. Nous en voyons clairement le résultat aujourd'hui, où actuellement le niveau culturel et économique des lettes est de beaucoup inférieur en Lettgolie, quand on le compare à celui de leurs compères et voisins de la Lettonie germano-protestante.

A partir de l'incorporation de la Livonie Polonaise à la Pologne dès la moitié du XVI-ème siècle, celle-ci a développé dans ces confins une énergique activité de propagation de la culture catholique. De nombreux et zélés collaborateurs catholiques, comme l'évêque de Livonie Popławski⁴⁹⁶, l'évêque Hylzen⁴⁹⁷, l'abbé Michel Rot⁴⁹⁸, surnommé l'apôtre de la Livonie Polonaise, l'abbé Łukaszewicz⁴⁹⁹ et d'autres se sont distingués dans les annales de la Livonie catholique, toute une série de congrégations religieuses et d'ordres monastiques y a rependu la foi. Les Dominicains, les Bernardins, les Lasartistes, ou prêtres des Missions, et avant tout les Jésuites qui, outre de nombreuses missions dispersées dans le pays, ont eu des collèges à Jlloukcta⁵⁰⁰ et à Dunabourg⁵⁰¹, plus tard à Puscha⁵⁰² et à Uschwalda⁵⁰³.

⁴⁹⁶ Nicolaus Popławski (1636-1711), ab a. 1685 epus Livoniensis. Habitabat Dunaburgi, vitam ecclesiasticam in Livonia Polona restauravit et ordinavit. A. 1710 accepit provisionem ad archiepiscopatum Lepoliensem, quem tamen ante mortem non assumpsit.

⁴⁹⁷ Georgius Nicolaus Hylzen (1692-1775), parochus Dunaburgensis, cancellarius capituli Vilnensis, regens cancellariae Magni Ducatus Lithuaniae. A. 1745 ad munus episcopi Smolencensis confirmatus. Curam animarum pastoralem exercebat in parva dioecesis sua parte, quae in finibus Poloniae remansit. Librorum amator, auctor et editor operum theologicorum. A. 1763 officiis publicis renuntiavit.

⁴⁹⁸ Michael Roth (Rott) SJ (1721-1785). Societatem Iesu ingressus est Vilnae a. 1737, presbyteratus ordinem accepit Vilnae a. 1747. Missionarius Letticus in locis Kownata a. 1749-1765 et Dagda a. 1765-1785. Apostolus Lettiae, gaudebat fama pii et sancti sacerdotis.

⁴⁹⁹ Ioannes Łukaszewicz SJ (1699-1779), Societatem Iesu ingressus est Vilnae a. 1716 et ibidem a. 1728 ordinem presbyteratus accepit. A. 1729-1730 missionarius Meretii (Merecz), deinde per 49 annos in Livonia apud incolas originis Lattgaliccae praedicabat. Evangelia pro Dominicis et diebus festis sermone Lattgallico et catechismum atque orationes lingua Lithuanica typis imprimenta curavit.

⁵⁰⁰ Illuxtae (Ilūksza, Illuxte) in Curlandia a. 1690-1761 exstitit sedes Societatis Iesu, a. vero 1761-1773 eiusdem Societatis collegium a comitibus Zyberk fundatum. Scholae apertae sunt a. 1691. Tempore cassationis Societatis Iesu exstabat ibi schola media, quam vocant, et schola annua philosophiae a. 1752 apertae sunt.

⁵⁰¹ Dunaburgi (Dynaburg, Dźwińsk, Lettice: Daugavpils) a. 1630-1761 exstitit sedes Patrum Iesuitarum et a. 1761-1811 eorum collegium. Schola grammatices a. 1638, schola autem annua philosophiae a. 1752 apertae sunt.

⁵⁰² Pusza (Pusa), in districtu Rzeczyca (Rezekne), a. 1743-1820 exstabat, ibi statio missionaria cum paroecia. A. 1811-1819 operabatur etiam collegium Societatis Iesu Dunaburgo translatum.

⁵⁰³ In Użwałd (Užwalda, Uzwolda), oppido olim districtus Dunaburgensis, a. 1630-1813 habebatur statio missionaria cum paroecia, quae ad collegium Dunaburgense pertinebant, a. 1813-1817 con-

Il y avait également des couvents à Aglona⁵⁰⁴, Krasław⁵⁰⁵, Aula⁵⁰⁶ et Wielony⁵⁰⁷. Ces couvents furent fermés par le gouvernement russe, et les religieux en furent expulsés. Tout ceci a fait que les populations catholiques de la Livonie Polonaise ont jusqu'à il n'y a pas longtemps encore conservé un grand attachement à la religion romaine. C'est en cours des dix ou douze années dernières que nous avons vu se produire dans le peuple un notable rapprochement envers sa religion et les deux facteurs, qui y ont le plus contribué, ce sont: L'influence de la Russie d'une part et de l'autre, celle de la Lettonie protestante.

Le déclin de la moralité a été provoqué par la situation politique, créée elle-même par le système de persécution et de dénationalisation, poursuivi par le gouvernement Russe. A savoir: L'état précaire de l'instruction publique, pénurie totale d'école élémentaire et celles, qui existaient n'étaient pas à la hauteur de leur tâche, la langue russe y étant uniquement employée, sans tenir le moindre compte de l'idiome local, grâce aussi au niveau très bas aussi bien intellectuellement que moralement du corps enseignant, à quoi nous pouvons encore ajouter la vénalité et l'arbitraire des employés russes hétérogènes, venus de loin et n'ayant absolument rien de commun avec les habitants de l'endroit. L'oppression du catholicisme par l'Etat russe et les entraves continues imposées à l'Eglise dans l'exercice de son administration, dans son ministère, dans la préparation et la formation d'un clergé capable de remplir convenablement les fonctions religieuses, moralisatrices et éducatrices des âmes et ce qui en découle le manque complet dans le recrutement de ce clergé d'éléments supérieurs comme instruction et culture spirituelle.

On aurait pu parer à toutes ces causes de démoralisation, combler toutes ces lacunes, en introduisant une administration équitable, en donnant une base nationale à l'instruction publique, en l'élargissant, en la relevant et, ce qui faudrait avant tout souligner ici, en exhaussant le niveau spirituel du clergé catholique. C'est dans cette intention que nous nous permettons de formuler et de présenter le projet de réintroduire en Lettgalie les congrégations, de faire revivre les couvents, d'y faire rentrer ces moines, qui par leur foi profonde, le feu sacré de leur éloquence et leur grand attachement à leurs fonctions sacerdotales auraient exercé une influence bienfaisante sur

dita etiam erat sedes Societatis Iesu, cui a. 1817-1820 additum est collegium cum noviciatu. Scholae apertae sunt a. 1815 et convictus nobilium a. 1817.

⁵⁰⁴ Iesuitae sedem propriam Aglonae non habuerunt. Hic agitur de monasterio Dominicanorum (Praedicatorum), quod usque ad a. 1901 exstabat.

⁵⁰⁵ Craslaviae (Krasław, Krasławka), in oppido in districtu olim Dunaburgensi sito, praeter sedem et gymnasium Iesuitarum, quae usque ad a. 1814 exstabant, erat etiam monasterium missionariorum, a. 1842 sublatum.

⁵⁰⁶ Aul (Aula, Auł, Aulwia, Aulmujża) in districtu Dunaburgensi, bona et statio missionaria, quae ad collegium Dunaburgense Societatis Iesu a. 1629-1811, ad collegium eiusdem Societatis Pusense a. 1811-1818 et ad collegium in Užvald a. 1818-1820 pertinebant.

⁵⁰⁷ Wielona; agitur de monasterio Bernardinorum, a. 1832 sublatu.

les prêtres locaux et auraient réveillé dans le peuple son ancien amour pour sa foi et son attachement à la religion catholique. Et nous envisageons que ce serait d'autant plus indiqué que, comme nous l'avons mentionné plus haut, il y existe la tradition du séjour des moines dans ce pays, qu'on y voit encore les bâtiments qui ont abrité les couvents, qui, par exemple à Aglona et à Krasław, auraient pu être emménagé de suite et disposés à recevoir de nouveau les moines, qu'on n'aurait qu'à y faire revenir.

L'influence pernicieuse de la Russie pour le catholicisme en Lettgalie a sa source en ce que la population indigène, très arriérée économiquement et aussi très peu civilisée, le paysan, aussi bien propriétaire foncier que dépourvu de terrain agricole, se rend fréquemment en Russie pour faire des affaires ou gagner son pain et c'est de là-bas qu'il rapporte son indifférence pour l'Eglise et le refroidissement de sa mentalité religieuse. Grâce aux répressions du gouvernement russe il voit que seule l'adhérence à ce gouvernement donne la force et la sécurité, tandis que l'affirmation de toute nationalité, aussi bien lette que polonaises et par là-même catholique n'entraîne après soi qu'un résultat non seulement négatif, mais souvent la réduction, voire même la privation de tous ses droits. Dans les masses sombres et quasi sauvages, ceci ne fait que repousser l'attrait de cette grande et forte Russie et développe l'indifférentisme en matière de foi. Car la religion a toujours été un but de persécution et un objet d'oppression pour le gouvernement russe. Pour empêcher et détruire cette influence russe il n'y a qu'un moyen radical, ce serait de détacher la Livonie Polonaise de la Russie, ce qui du reste est d'accord avec la volonté nettement exprimée plusieurs fois, en 1917, en 1918, de la majorité des habitants de la Lettonie.

Mais l'influence la plus forte par rapport à cette indifférence religieuse toujours croissante chez les lettes catholiques, c'est la Lettonie protestante, qui l'exerce et c'est le cachet de communauté d'origine nationale lette pour les deux provinces, qu'elle lui imprime, c'est cet étendard national, qu'elle fait flotter aux yeux de ses confrères et voisins de Lettgalie, qui lui donnent toute sa force de persuasion, doublent la vigueur de ses arguments et produisent cet état de choses si regrettable et des effets si pervers. Comme nous l'avons considéré plus haut, les habitants de la Lettgalie sont bien inférieurs comme culture et au point de vie économique à leurs compatriotes et voisins protestants. Quand, après la période révolutionnaire russe de 1905, dans les cercles très restreints des intellectuels lettgalians s'est enfin réveillé un commencement de conscience nationale lette, cette compréhension les a de suite portés à chercher aide en hommes et des secours matériels, au nom de leur communauté d'origine chez les lettes livoniens et courlandais et ceux-ci leur ont fourni et les hommes et les moyens, mais sans leur apporter cette culture spirituelle, qu'ils ne possédaient pas eux-mêmes. Bien plus, ils sont venus pour exploiter matériellement et dans des buts purement personnels leurs confrères plus pauvres et bien moins éclairés, et, malgré qu'ils aient

indisposé contre eux la population locale, celle-ci n'a pu néanmoins se soustraire à l'influence de les hôtes plus puissants et mieux organisées et c'est à ces relations qu'elle a contracté le germe de cette indifférence en matière de religion.

Malgré cette influence si néfaste pour sentiments religieux des lettgaliens, les prêtres catholiques de la contrée, formant le noyau et la majorité des intellectuels lettes indigènes, ne s'opposent nullement à la tendance régnante dans ces milieux de réunir politiquement la Lettgalie à la Lettonie, ils sont au contraire les champions les plus ardents de cette cause et les propagateurs les plus assidus de ces idées.

Au Congrès lette réuni à Rjeschitzia le 26 Avril 1917, où cette question d'union a été débattue, on a vu surgir deux courants distincts. La foule lettocatholique, craignant leur prépondérance et se voyant par là-même devenir un objet d'exploitation de la part des lettes protestants, doués d'une culture si supérieure, s'est opposée à cette union. Quand aux intellectuels, ceux-ci sous la conduite de leurs prêtres lettes la réclamaient à tout prix et finirent par la faire accepter au congrès. Ce qui eut son contre-coup dans les relation de la masse du peuple avec le clergé et aboutit même à quelques excès de la part des paroissiens lettes à l'égard de leur curés. On peut observer que réellement cette masse populaire, en opposition aux aspiration[s] du clergé lette manifeste une certaine tendance à se réunir non à la Lettonie protestante, mais à la Lithuanie catholique et nous sommes portés à croire qu'à présent, que la frontière de l'Etat polonais se rapproche de celle de la Livonie polonaise, les sympathies de ce peuple, en majeure partie inconscient de sa nationalité, pourraient, au nom de la communauté de religion, être dirigées tout aussi bien vers la Pologne. Ce qui serait plus juste en même temps, en se basant sur l'ancienne dépendance de la Livonie Polonaise de la Pologne, et en ce que la culture polono-catholique y a imprimé des traces incontestables, qui ne se sont même pas laissée effacer par 150 années de système administratif brutalement dénationalisateur du gouvernement russe. Pour réagir contre l'influence fatale de la Lettonie protestante sur les esprits en pays lette catholique il serait indispensable de persuader au clergé de cette contrée de renoncer ses sympathies pour les lettes protestants, d'abandonner ses plans d'union avec la Lettonie Occidentale et de se joindre au courant populaire dans sa tendance d'union avec la Pologne catholique, ou bien encore avec la Lithuanie. Comme nous l'avons dit plus haut, le clergé catholique en Livonie Polonaise se compose de prêtres lettes et lithuaniens et il n'y a que très peu de prêtres polonais. Les prêtres lettes sont pour la plupart adonnés à l'action politique, qui, en partant du principe de communauté [rase], a pour but la fusion avec la Lettonie, quoique protestante; quand aux prêtres lithuaniens, qui proviennent de sphères lithuaniennes du gouvernement de Souvalki⁵⁰⁸, d'un chauvinisme nationaliste outré, ils

508 Suwałki.

agissent de concert avec leurs collègues lettes et se distinguent encore sous ce rapport par leur haine toute particulière pour les polonais de la Lettgalie, qui forment l'élément le plus fidèle au catholicisme et comporte 20% de la population catholique du pays.

En résumant toutes nos observations précédentes, nous sommes d'avis que pour la consolidation et l'affermissement de l'esprit catholique en Livonie Polonaise, il serait tout indiqué de procéder de la façon suivante:

1. Tendre à séparer pour toujours la Lettgalie de la Russie;
2. Exercer toute l'influence possible sur le clergé catholique en Livonie Polonaise pour lui faire abandonner des aspirations d'union à la Livonie protestante et à l'amener à [descier] une réunion politique à la Pologne ou à la Lithuanie;
3. Etablir en Livonie polonaise des couvents, y faire rentrer ces congrégations et ces moines si dévoués à la foi catholique romaine, ne craignant même pas de compléter le clergé par des éléments polonais: car actuellement les polonais ne forment qu'une partie très minime du clergé malgré le pourcentage assez important (20%) de polonais de la population catholique.

Toutes les données concernant l'histoire, la composition de la population, l'état de propriété etc. de la Livonie Polonaise se trouvent dans le mémoire du Conseil Polonais de la Livonie Polonaise, imprimé dans le N°1 ci-joint de la "Revue Diplomatique" (Przegląd Dyplomatyczny) du 1-er Février 1919.

Le Conseil Polonais de la Livonie Polonaise

(^b-Wojciech Dowgiałło-^b)

L.S. [*Sigillum rotundum cum inscriptione*]:
Rada Polska na Inflantach. Wydział Wykonawczy.

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Lettgalia - Livonia Polacca (tre decanati).*
b-b) *Manu propria.*

N. 836.

**Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti**

Romae, 19 VI 1919.

Mandat ei, ut accuratas informationes colligat de candidato ad munus epi auxiliaris ordinarii Podlachiensis proponendo.

Or. textus telegrammatis "cifrati" (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 696r (N prot. 1240) Cifra A 58; in schedula sub textu "cifrato" legitur copia textus "decifrati" manu Ermenegildi Pellegrinetti.

Or. textus telegrammatis "decifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 980r-981r Cifra A 58; textus "decifratus" manu Achillis Ratti.

[Numero] 58. Av[uto] S[uo] disp[accio] n. 908 del 4 aprile⁵⁰⁹. S.P. [Santo Padre] disposto accogliere supplica Vescovo Podlachia⁵¹⁰ diretta ottenere ausiliare. [Vorrebbe] però avere accurate informazioni sul candidato proposto⁵¹¹, e quindi interesso V.S.I. [V.ra Signoria Ill.ma] fornirmele⁵¹². [Card. Gasparri].

N. 837.

**Marianus Ryx, epus Sandomiriensis
Achilli Ratti**

Sandomiriae, 19 VI 1919.

Expetit solutionem et decisionem dubii cuiusdam iuridici circa duas sorores, Valeriam Gęłbocka et Paulinam Lisiecka, Congregationis Servularum Mariae Immaculatae sodales, quae quidem qua delegatae ad Capitulum Congregationis ipsarum electae erant, sed quae re vera ratione magni momenti munerum, quibus olim in Congregatione functae sunt, et non tamquam delegatae communitatum localium, participes eiusdem Capituli esse eique tamquam tales interesse debeant.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 985r-986r (N prot. 1252).

Excellentissime Domine!

Inter varia Religiosorum instituta in dioecesi Sandomiriensi existit Congregatio Servularum Mariae Immaculatae Tertiī Ordinis beati Patris Francisci, quae temporum locisque conditionibus quam maxime conveniens videtur, novis Ecclesiae necessitatibus optime respondet dieque 23 Iunii 1909 anni Decretum Laudis ab Apostolica Sede est consecuta et in praesenti 5 provincias et 130 domos iam complectitur. Sorores nullo habitu externo a laicis distinctae propriis nihilominus legibus reguntur, praescripta Constitutionum Religionis suaे stricte servantes. Pro Congregatione hac sub die 9 Septembris 1918 anni ab Excellentia V.ra petii inter alia, ut praeambulas

⁵⁰⁹ Cfr. ANP LVII/4, N. 649, p. 264-265.

⁵¹⁰ Epus Henricus Przeździecki.

⁵¹¹ Sac. Ceslaus Sokołowski.

⁵¹² Cfr. N. 849 et N. 934.

electiones ad Capitulum Generale, quod anno 1914 convocandum erat binaeque delegatae ex quavis provincia ad illud electae iam erant, sanare ac legitimas declarare dignaretur, non ubique enim ad normam iuris peractae sunt, reiterari autem sine detimento nec potuerunt nec possunt. Sub die 15 Martii anni currentis Excellentia V.ra dignata est deordinationes in dictis praembulis electionibus factas sustinere ipsasque electiones non obstantibus vitiis Apostolica Auctoritate legitimas declarare⁵¹³.

In praesenti tamen, die 14 Iulii a.c. pro Capitulo Generali peragendo iam fixa novae quaedam difficultates ac dubia exoriuntur. Et quidem duarum ex electricibus Valeriae nempe Głębocka⁵¹⁴ et Paulinae Lisiecka⁵¹⁵, quae vi muneric sui ad normam tum Iuris tum Constitutionum, non autem qua Delegatae electae. Capitulo interesse possunt et debent, ius a nonnullis impetratur et in dubio ponitur.

Valeria Głębocka enim, provinciae Lituanae adscripta, initio belli a Praeposita Generali⁵¹⁶ provincialis Superiorissa in Łowicz nominata est, usque in praesens tamen in Łowicz non apparuit nec munus Superiorissae adimplendum suscepit. Unde ius eiusdem participandi Capitulo, quod, suscepto munere designato, certe ipsi competeret, dictis in circumstantiis in quaestione ponitur.

Paulina autem Lisiecka Praeposita Generalis in ipso exordio Congregationis extabat et ex hoc capite ius participandi Capitulo indubium haberet, sed postea valedixit Congregationi et nonnisi, integris circiter sex annis, in quibus vitam laicam vixit, elapsis, denuo Congregationem ingressa est, unde fundamentum movendi dubium.

Ambae memoratae Sorores certissime qua Delegatae ad Capitulum Generale electae essent, si dubium antea exortum fuisset, bonumque ipsius Congregationis postulare videtur, ut Capituli participes fiant.

Proinde totam causam iudicio Excellentiae V.rae subiiciens, humillime rogare audeo, ut Valeriam Głębocka et Paulinam Lisiecka Apostolica Auctoritate qua membra legitima instantis Capituli Generalis clementissime approbare dignetur.

Qua occasione etiam humillime Excellentiam V.ram rogare audeo, ut ad tollendum quodvis dubium, quod in causa praefatarum praembularum

⁵¹³ Utrumque scriptum hac in parte datum desideratur.

⁵¹⁴ Valeria Głębocka (1869-1940), Congregationem Sororum Nuntiarum Sanctissimi Cordis Iesu ingressa est, ritum vestitionis accepit a. 1888, a. 1889 fuit praeposita provincialis Częstochowensis, a. 1893-1905 praeposita provincialis Sandomiriensis, a. vero 1919-1937 fungebatur munere consiliariae generalis.

⁵¹⁵ Paulina Lisiecka (1852-1947), ingressa est Congregationem Sororum Nuntiarum Sanctissimi Cordis Iesu a. 1880, a. autem 1882 suasore patre Honorato transiit in Congregationem Sororum Servularum BMV Immaculatae, ubi a. 1882-1888 functa est munere praepositae generalis et ab a. 1894 fuit consiliaria generalis.

⁵¹⁶ Francisca Zmysłowska (1865-1949), a. 1896-1919 fuit praeposita generalis, deinde a. 1919-1925 implebat officium praepositae provincialis Sandomiriensis et a. 1925-1946 consiliariae generalis et magistrae alterius novitiatus.

electionum et generatim praeparationis Capituli Generalis adhuc oriri aut moveri potuerit, ipsas praembulas electiones omniaque circa ea acta Apostolica Auctoritate definitive approbare dignetur adeo, ut, non obstante qualunque vitio vel deordinatione legitima habeantur ac si ad normam Iuris et Constitutionum strictissime peractae essent, aut alio modo, prout sibi visum fuerit, providere.

Officii mei esse puto etiam commendare Excellentiae V.rae Sorores, quae hasce litteras meas offerent. Altera earum est Angela Szymańczak⁵¹⁷, Magistra Noviciatus Domus Matricis. Ioanna vero Dembowska⁵¹⁸ Superiorissa Provincialis Sandomiriensis altera. Ipsae etiam possunt declarare melius totam causam, in quantum opus fuerit⁵¹⁹.

Summam reverentiam meam Excellentiae V.rae profiteri [....]^{a)}

(b-add.mus servus et frater
† Marianus Ryx epus^{b)}

^{a)} Verbum illegibile.
^{b-b)} Manu propria.

N. 838.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Romae, 20 VI 1919.

Telegramma eius notulis secretis compositum sibi redditum esse nuntiat et significat summam pecuniae in eo indicatam se sac. Theopilo Jarzębski transmisisse.

Or. telegrammatis "cifrati" (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 697r
(N.prot. 1242) Cifra A 59; in schedula sub textu "cifrato" legitur textus
"decifratus" manu Achillis Ratti.

Cop. telegrammatis "decifrati" (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 982r-983r
(N.prot. 1242) Cifra A 59.

[Numero] 59. Avuto telegramma V. S. I. [V.ra Signoria Ill.ma] n. 46⁵²⁰ e rimessa sac[erdote] Jarzębski somma ivi indicata. ^{(a)-Card. Gasparri-}^{a)}

^{a-a)} Non "in cifra" scriptum.

⁵¹⁷ Anastasia Maria (nomen monasticum Angela) Szymańczak (1880-1956), Congregationem ingressa est a. 1898, munere magistrae novitiatus fungebatur a. 1904-1925, a. vero 1925-1931 fuit praeposita generalis, a. 1931-1942 praeposita provinciae Sandomiriensis.

⁵¹⁸ Ioanna Dembowska (1873-1953), Congregationem intravit a. 1896 (novitiatum), a. 1898 facta est praeposita provincialis Częstochoviensis, a. 1906-1907 Lomsensis et Plocensis a. 1907-1908, a. autem 1910-1920 explebat munus praepositae Sandomiriensis.

⁵¹⁹ Cfr. N. 840.

⁵²⁰ Cfr. N. 822.

N. 839.

Achilles Ratti
Iosepho Pizzardo, epo di Massa-Carrara

Varsaviae, 21 VI 1919.

*Petit mitti sibi testificationem baptismi Othelli della Mura per Rev.mum
Iosephum Pizzardo officialem Secretariatus Status.*

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1254r N prot. 1251.

Eccellenza Rev.ma⁵²¹,

Interesso la sua carità di volermi fare spedire quanto più presto sarà possibile la fede di battesimo e di Stato libero di Ottilio della Mura che si dice nato nella città di Massa-Carrara nel mese di Luglio del 1889, dando "Domenico" e "Giulia" quali nomi del padre e della madre. Se, come spero, la doppia fede può avversi, prego spedire alla Segreteria di Stato di Sua Santità (Roma-Vaticano) a Mons. Giuseppe Pizzardo⁵²² col mio indirizzo.

Con ogni ossequio e fin d'ora ringrazio mi raccomando alle sue orazioni e me le professo etc.

Achille Ratti
Visitatore Apostolico

N. 840.

Achilles Ratti
Mariano Ryx, epo Sandomiriensi

Varsaviae, 21 VI 1919.

Vi facultatum sibi concessarum disponit, ut Valeria Gębocka et Paulina Lisiecka legitima membra Capituli Generalis Congregationis Servularum Mariae Immaculatae sint et pro talibus habeantur. Insuper asserit omnia ad praeparandum Capitulum Generale secundum praecepta iuris facta esse.

⁵²¹ Epus Iosephus Bertazzoni, natus a. 1865, ab a. 1917 ordinarius dioecesis Massensis Apuanensis (Massa Carrara).

⁵²² Cfr. ANP LVII/1, notam 271, p. 134.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1255r-v N.prot. 1253.

Excellentissime D.ne,

Accepi litteras Tuas ad me datas sub die 19 Iunii a. 1919⁵²³, atque per manus Sororum Angelae Szymańczak et Iohannae Dembowskiae ad me delatas, traditas.

Quibus perfectis litteris et sororibus auditis, ad optatum finem, ut in proximo Capitulo Generali Congregationis Servularum Mariae Immaculatae Tertii Ordinis S. Patris Francisci omnia tutto et pacifice procedant nec relinquatur dubiis et divisionibus locus. Haec, pro facultatibus a Summo Pontifice mihi concessis, respondenda seu decernenda visa sunt, videlicet:

1) Valeria Głębocka et Paulina Lisiecka (quarum prima initio belli a praeposita Generali Superiorissa Provincialis in Łowicz nominata est, nec tamen id muneric propter bellum exercere potuit, altera autem olim Praeposita Generalis Congregationis in ipso huius exordio, quam deinde reliquit ad eandem anno 1903 regressa) tamquam legitima membra Capituli Generalis habeantur et sint.

2) Omnia, quae ad ipsum Capitulum Generale praeparandum facta sunt, maxime autem praeambulac electiones, pro legitime factis habeantur, non obstantibus quibuscumque difficultatibus et dubiis, quae super iisdem fortasse moveri posse videantur.

Quae ut tutius et securius ad effectum deducantur, eorum executio Excellentiae Tuae Rev.mae cum facultate subdelegandi personam idoneam et Tibi gratam, per praesentes litteras committitur.

Obsequia mea Excellentiae Tuae Rev.mae exhibeo meque Eadem in Domino commando

Achilles Ratti
Visitator Apostolicus

N. 841

**Iosaphat Kocilov's'kij (Kocyłowski), epus Premisliensis ritus Graeci
Achilli Ratti**

Premisliae, 21 VI 1919.

Nomine suo proprio et nomine cleri sui rogat, ut visitator apostolicus apud auctoritates Polonas firmam et sollemnem reclamationem sive "prote-

⁵²³ Cfr. N. 837.

stationem" faciat adversus omnia crimina et facinora cum arroganti et efferrata vi militari et civili a Polonis patrata, qua vitam religiosam et ecclesiasticam in dioecesi sua Graeco-Ruthena omnino destruere et extirpare conantur. Petit etiam, ut talem difficillimam dioecesis suae condicionem summo pontifici significet ac certiorem faciat.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 1019r-1020r N° 242/O/9 (N prot. 1296).

V.ra Eccellenza Rev.ma ed Ill.ma!

Colla lettera presente^{a)} faccio l'appello alla V.ra Eccellenza, affine ch'El-la come Delegato della Santa Sede nella Polonia, s'intrometta appresso il go-
verno polacco nel nome mio e nel nome del mio clero con una solenne pro-
testa contro tutti i fatti della brutale forza militare e civile polacca, colla
quale essa, dopo la caduta del governo austriaco sembra di voler estermi-
nare tutta la vita religiosa fra i fedeli del rito greco-ruteno nella mia Diocesi.

In tutto il mondo si udisce la voce, ch'esercito della Polonia viene a noi
come difensore del cattolicesimo. Ma gli occhi nostri vedono proprio il contra-
rio. Le chiese ed il Santissimo Sagramento venne profanato, i sacerdoti,
chiamati esclusivamente col nome, che si dà ai sacerdoti scismatici, vengono
bastonati, arrestati, messi nei carceri e i loro beni rubati o bruciati - ecco la
realità.

I principali nostri monasteri dell'ordine di S. Basilio il Grande: Žovkva e
Krechiv, sono stati chiusi; - 42 monaci messi nei carceri in Dąbie, la bibliote-
ca, i paramenti sacri, l'archivio, i beni del monasterio asportati via. Diecine
dei sacerdoti miei arrestati, gemono nei carceri (in Premyslia 14, in Sambor
7, altri in Dąbie, Vadovice ed altrove), e sotto il pretesto, che si deve fare con
loro l'indagazione, rimangono incarcerati già da un mese, e nelle di loro par-
rocchie, orbe dai pastori, cresce sempre più la demoralizzazione. Ieri è stato
già messo nel carcere qui in Premyslia Rev.mo P. Dottore Costantino Boha-
čevskyj, parroco cattedrale e canonico gremiale del Capitolo cattedrale.

Come Vescovo cattolico - commetto alla coscienza della Sua Eccellenza
Rev.ma questo stato tristissimo della mia diocesi - ed essendo a me per
adesso impossibile l'accesso alla Sua Santità, prego ch'Ella, nel nome mio
riferisca, almeno ciò che ho qui detto, al Vicario di Gesù Cristo, lo deponga
ai Suoi piedi e Lo scongiuri, che non indulgi di far sentir la Sua voce potente
ov' è bisogno, affine che s'abbrevvino i giorni del lutto e della desolazione
nella mia diocesi. Nel suo tempo non mancherò anch'io personalmente di
adempire in ciò il mio dovere.

Colgo quest'occasione per offrirLe i sensi della mia più distinta stima e considerazione e ripetermi della Sua Eccellenza Ill.ma e Rev.ma servo suo dev.mo nel Signore

† Giosafat Kocyłowskyj⁵²⁴
Vescovo di Premislia ruteno-greco

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti:* Mons. Rev.do Costantino Bohaczewski⁵²⁵ parroco della Cattedrale greco-rutena di Przemyśl tradotto a Varsavia la sera del 28 e di lì a Modlin il 29 ore l'antemeridiane.

N. 842.

Achilles Ratti
Antonio Karaś, epo Sejnensi

Varsaviae, 22 VI 1919.

Certiorem eum facit se propter rerum adiuncta et pro bono fidelium facultatis sibi concessis usum esse et 11 dispensationes impertivisse, quas episcopus a nuntio apostolico Monacensi antea expostulaverit et quae in litteris 9 V 1919 datis nominatae sint.

Summarium (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 1256r N prot. 1255.

Mons. Visitatore (nominato Nunzio Apostolico in Polonia)⁵²⁶ scrive a Mons. Karaś, che attesa l'incertezza della sorte delle domande di dispensa già spedite a Monaco alla fine del 1918, e la difficoltà di avere pronte informazioni, per non esporre a pericolo le anime con troppo lunghi indugi, valendosi delle sue speciali facoltà, concede le 11 dispense enumerate nella let-

⁵²⁴ Iosephus Iosaphat Kocilov's'kyj (Kocyłowski, 1876-1947). Gymnasio Jaslensi a. 1895 absoluto et munere militari confecto a. 1901 studia in Collegio S. Iosaphat Romano incohavit. A. 1907 ordinem presbyteratus suscepit et gradum doctoris theologiae et philosophiae adeptus est, deinde fungebatur munere vicerectoris Seminarii Dioecesani Stanislapolitani (Stanislaviensis). A. 1911 ordinem Basiliianorum ingressus, a. 1913 vota monastica professus est. A. 1917 nominatus est ordinarius dioecesis Graeco-catholicae Premisiensis. Confecto altero omnium gentium bello a bolsevicis bis apprehensus est a. 1945 et a. 1946, deinde Leopoli et Kioviae in custodia detinebatur. Ubi mortuus sit, difficile est statuere: in Siberia aut in carcere Kiovensi.

⁵²⁵ Constantinus Bohačev's'kyj (1884-1961), presbyteratus ordinem suscepit a. 1909, a. 1923 nactus est dignitatem protonotarii apostolici ad instar participantium, a. 1924 nominatus est epus titularis Amisenus et exarcha apostolicus per Graeco-catholicis in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis cum sede in oppido Philadelphia; ab a. 1951 aepus titularis Beroënsis.

⁵²⁶ Summarium harum litterarum confectum est manu propria secretarii Achillis Ratti, sac. Ermenegildi Pellegrinetti.